


XX



DELICIAE
ERVDITORVM.

DELICIAE ERVDITORVM

SEV


VETERVM

ΑΝΕΚΔΟΤΩΝ

OPVSCVLORVM COLLECTANEA

IO. LAMIVS

Collegit, illuſtravit, edidit.



FLORENTIAE. MDCCXXXIX.
Ex Typographio PETR. CAIET. VIVIANII
Ad Inſigne D. THOMAE AQVINATIS.

Cum adprobatione.

HISTORIAE SICVLAE

LAVR. BONINCONTRI

PARS SECVNDA.

EXCELLENTISSIMO ET REVERENDISSIMO
DOMINO DOMINO
FRANCISC. VINCENTIO MARCO
DE BEAUVAU.
E S. R. I. PRINCIPIBUS
ET HISPANIAE
PRIMI ORDINIS MAGNATIBUS
PRIMATI LOTHARINGIAE,
MAGNO PRAEPOSITO
INSIGNIS COLLEGIATAE RIMIREMONTIS,
PROTONOTARIO APOSTOLICO
PARTICIPANTI,
E T
REFERENDARIO VTRIVSQVE SIGNATVRAE
&c. &c. &c.
IO. LAMIVS
DEDICO CONSECROQVE.



ON mirandum, PRAESVL EXCELLENTISSIME, quod quinctum Historiae Siculae a *Laur. Bonincon-*

trio ſcriptae librum AMPLITVDINI TVAE nuncupare audeam, quod operis argumentum a Tuae originis provincia, & a Tuae vitae inſtituto procul abeſſe primore adſpectu videatur. Nam, praeter quamquod non iis limitum angustiis haec hiſtoria coercetur, ut Siciliae tantum utriuſque, ut vocant, res memoratu dignas, variamque diverſis temporibus conditionem, ediſſerat, nec res aliorum populorum praeclare geſtas, regnorum caſus, bellorumque eventus, in generalis hiſtoriae morem attingat; tanta eſt ingenii Tui ad quaeque perveſtiganda facilitas, & omnigenae doctrinae Tuae laudibus ferenda curioſitas, ut quae ab indole Tua Tuoque propoſito nimium diſta-

re

re quis crederet, ea ut plurimum longe iucundiſſima TIBI contingant. Accedit quod Sicula Hiſtoria voluminis huius pars minima eſt; quum tot ac tanta a me additamenta ei e re nata adſuta fuerant, monumenta videlicet Florentinam hiſtoriam illuſtrantia, ut TIBI iam prope Florentino non grata eſſe non poſſint. Poſtquam enim divino conſilio factum eſt, ut Sereniſſimis Mediceis Etruriae Regibus, an Patribus, dixerim animi pendeo, Sereniſſimus FRANCISCVS III. Lotharingiae Dux, Principum decus ac gloria, in Etruriae dominatione ſuccederet, & eius moeſtiſſimis populis ſalutem iterum, & felicitatem adferret, Excellentiſſimus Princeps, Pater Tuus, tam-

quam primarius Tuſci Imperii Praeſes memoratae REGIAE CELSITVDINIS iuſſu Florentiam domicilium tranſtulit, atque ita in publica adminiſtratione ſe gerit, ut omnium civium exiſtimationem, & obſequium, ac quod pluris eſt, amorem, benevolentiamque promereat. TV tanti Principis Filius, & inſtar, non minoribus virtutibus fulges, nec minus populi venerabundi oculos in TE convertis; cuius dignitatem, honores, familias nobiles, reſque etiam domi bellique geſtas, aliquatenus ex hoc quoque volumine comprehendes. Nam & Gibellinarum familiarum, & earum, quae primariis civitatis magiſtratibus, quum adhuc democratia in ipſa vigeret, functae ſunt, ca-

talogos ei opportune inserui; & quaedam ineditae historiae fragmenta adposui; & ignota alias ad Comites Guidones, gentem in Tuscia nobilissimam, spectantia instrumenta produxi; quae quidem omnia si minus sui praestantia, certe novitate ipsa Virum exterum advenamque & capere, & detinere, quoquomodo possunt. Si nihilo tamen minus haec omnia ob sui tenuitatem EXCELLENTIAM TVAM haud multum iuvabunt, spero tamen fore ut hoc qualecumque obsequii mei, & venerationis argumentum aequi bonique consulas, ea inductus clementia ac benignitate, qua me ad TE observantiae causa accedentem excipere non semel dignatus es, & mihi perspicue demonstra-

re,

re, TE ſummae & inclitae Tuae ſtirpis nobilitati egregiam virtutem, eximiaſque & admirabiles animi dotes, coniungere; ob quas & humani generis ornamentum, & magnum Hierarchiae decus, merito praediceris. Vtinam Deus Opt. Max. iis diu terrarum orbi, & civitati praecipue noſtrae, frui permittat, TEque longaeva felicitate tranquillet. Dabam Florentiae Kal. Octobr. A. R. S. MDCCXXXIX.



CAN.



CANDIDO LECTORI

IO. LAMIVS S. D.





Lteram Siculae Laur. Bonincontrii *Historiae partem*, *Librum scilicet quinctum*, *publici iuris facio*, *variis* παρέργοις *de more instructum*, & *monumentis*, *certis historiae praesidiis*, *antiquis* & *paullo recentioribus*, *auctum*. *Nam huius historiae contextum elegi*, *unde tractim occasionem adriperem multa in vulgus prodendi*, *quae utilia*, & *scitu digna quidem sunt*; *sed quae seorsim edere non licet*, *ob eorum brevitatem*; & *si simul ederentur*, *quum diversi argumenti sint*, *farraginem potius discrepantium rerum tumultuariam*, *quam concinnum libellum*, *constituerent*. *Sed antequam de his verba faciam*, *nonnulla*

alia

alia , praeter ea , quae in Primam Partem praefatus sum , de Bonincontrio *nostro breviter , proferenda sunt , quae morae beneficio mihi patuerunt ; dum interim noto eius Annales MSS. in Bibliotheca quoque Strozziana existere Cod.* 1018. *F. A. Sicuti quaedam pariter alia de Sancti Miniatis Oppidi laudibus edisserenda supersunt .*

De Laurentio *igitur* Bonincontrio, *& eius familia , insuper sciendum est , eius gentilem fuisse* B. Bonincontrium *D. Francisci Assisiatis socium atque discipulum, a quo in Gallias missus est , ubi vivens ac mortuus miraculis inclaruisse perhibetur a L.* Wadingo, & Martyrologio Franciscano . *Item* Lambertum Bonincontrium *Innocentii VI. Pontif. Max. a secretis fuisse , qui lararium quoddam D. Mariae Magdalenae dedicavit , & reditibus auxit , ut constat ex archetypo Instrumento , quod apud Guccios , Miniatenses Patricios , exstat , datum Avenione die V. Octobris anno MCCCLX. Sed quum in alia Praefatione dixerimus* Laurentium Bonincontrium *a Florentinis in exsilium pulsum fuisse , indictum modo nolim me reperisse ab iisdem Florentinis ab exsilio anno MCCCCLXXV. revocatum fuisse , & in statum pristinum restitutum , quod quidem legitur in Archivo Reformationum Libro , qui inscribitur :* Liber Reformationum R. pag. 39. *Quin nec omnia eius opera a me com-*

me-

memorata fuere;nam in Bibliotheca Laurentiana Pluteo XXIX. in Codice III. chartaceo offendi duas alias L. Bonincontrii *Commentationes, quarum prima hunc titulum praefert :* Laurentii Bonincontrii Miniatensis super Centiloquio Ptolemaei. *Incipit vero:* Astrologiam esse omnium liberalium artium excellentissimam nemo est qui ignoret, &c. *In fine autem ita scriptum est :* Laurentii Bonincontrii Miniatensis Commentum super Centiloquio Ptolemaei feliciter explicit. Transcriptum per me Laurentium Silvestri Canonicum Ecclesiae Sancti Laurentii Florent. die X. Maii 1477. hora 23. & med. *Alia autem Commentatio ita inscribitur* : Excerpta per me Laurentium Bonincontrium Miniatensem ex Quadripartito Ptolemaei, & Expositione Hali Commentatoris, sive Porphyrii. *Incipit vero* : Scientia stellarum est ars a principiis certis aliarum scientiarum proveniens, &c. *Et haec quidem de* Laurentio *nostro addere habui. Sed quum etiam viros doctrina, aut armis, publicisque muneribus, claros Miniatenses recensens nonnullos omiserim, qui memoria dignissimi sunt; nunc hunc defectum supplebo, & primum commemorabo Antonium Magistri a Sancto Miniate, qui saeculo XV. floruit, Poeta non ignobilis, cujus Italica Elegia exstat in Cod. MS. Bibliothecae Riccardianae, adversus Alphonsum*

Ara-

Aragoniae Regem scripta, cuius titulus ita habet: Contro Alfonso Re d'Aragona, fatto per Messer Antonio del Maestro da San Miniato. Bernardectus quoque Bonromaeus a *Sancto Miniate libellum edidit, & Bernardecto Minerbettio Episcopo Arretino nuncupavit, qui inscribitur:* Discorso della Fortuna, diviso in due Lezioni di Bernardetto Buonromei da San Miniato al Todesco Accademico Fiorentino, lette pubblicamente nell' Accademia di Firenze al Consolato del magnifico, e gentilissimo Messer Giovanni Rondinelli. In Fiorenza per Giorgio Marescotti 1572. Franciscus Ansaldus, *qui de Iurisdictione scripsit, & cuius Consilia circumferuntur, memorandus quoque fuerat. Sed ante hunc* Iacobus Malpileus *Ius civile Perusii professus est. Inter eos vero, qui armis, & publicis muneribus claruere recensendi sunt, est Aldobrandinus Malpileus, unus ex Consulibus Montis Catini anno MCCIV. ut constat ex* Membrana Archivi Episcopatus Lucensis, si tamen Miniatensis est. *Henricus a Porta Sanminiatensis, Iuris Doctor, Syndicus maior, & Capitaneus Iustitiae Prati, cuius sententia habetur in Codice Archivi Pratensis, lata anno MCCCX.* Lambertus *Comes Collegarli, anno MCCCLI. Florentinae Militiae Dux erat, ut* Ammiratus *tradit;* Ioannes Mangiadorius, *strenuus miles adversus*

sus

sus Pisanos anno MCCCLVI. Phil. Villanio Lib. XI. Cap. LXIX. *auctore, qui &* Barthol. Portigianium *a Sancto Miniate memorat contra Pisanos pariter pro Florentinis pugnantem, & Arno fluvio hoc eodem anno demersum. Item* Robertus, *&* Primeranus, *&* Franciscus, *ex eadem* Collegarliorum *familia, anno MCCCLXII. Castrum Foiani pro Florentinis cepere; & una cum* Petro Ciccionio *a Pandulfo Malatesta Florentinorum Duce equites facti sunt. Hoc eodem anno etiam* Bartolottus de Portigianis *eques a Florentinis factus est, ut constat ex* Libro Provisionum *anni* 1362. *in* Archivo Reformationum, *in quo legitur quod* Nobiles viri Dominus Filippus, quondam Domini Chivoli de Guazzalottis de Prato, & Dominus Bartolottus de Portigianis de Sancto Miniate, qui nuper inter gentes armigeras Communis Florentiae castramentatus hostiliter prope ianuas civitatis Pisarum in honorem communis Florentiae, & partis Guelfae, accincti fuerunt cingulum militare per Capitaneum generalem guerrae communis praedicti, tractentur & tractari, & censeri possint, & debeant, ac si ad dignitatem praedictam promoti fuissent per Syndicum dicti populi, & communis, &c. *Alter* Ioannes Mangiadorius *contra Venetos anno MCCCLXVIII. militasse perhibetur. Per eadem tempora* Franci-

ciſcus Guccius *excellebat fortitudine*, *& ſagacitate*, *cuius quidem mentio eſt apud* Bonincontrium *noſtrum*, *& quem lubenter commemoro*, *quod unus e maioribus eſt viri humaniſſimi*, Caroli Guccii, *Patricii Miniatenſis*, *cuius eruditioni*, *& liberalitati pleraſque notitias*, *quas heic congero*, *acceptas ingenue fero*, *aeternum gratiam habiturus*. *Quin* Robertus Collegarlius *laudatus anno MCCCCIII. Commiſſarius generalis Piſtorii*, *Prati*, *Montis Murli*, *& Carminiani*, *cum ampliſſima poteſtate renunciatus eſt*. *Sed &* Raphael Anſaldus *Abbreviator*, *& Cubicularius Innocentii VIII. anno MCCCCXC. fuit*; *&* Antonius *a Sancto Miniate Epiſcopus Balneoregii*, *& Baſilicae Vaticanae Vicarius*, *occurrit apud* Vghellium *in* Italia Sacra; *&* Nicolaus Bonapartes *Clericus Cubiculi Apoſtolici anno MCDXLI. fuiſſe reperitur*; *& ſaeculo inſequenti* Io. Baptiſta Anſaldus *Secretarius Apoſtolicus*, *& Cariati Epiſcopus*, *deprehenditur*.

Sed poſtquam hos addidimus, *alios ex integro recenſere fert animus*, *quos virtute*, *& ſanctimonia conſpicuos*, *in coelo aeterna gloria frui pie & facillime credimus*; *eoſque veluti Praeſtites*, *indigiteſque deos Sancti Miniatis urbs reſpicere poteſt*. *Primus autem occurrit* Beatus Bonromaeus, *D. Franciſci Aſſiſiatis diſcipulus*, *quo de agunt* L. Waddingus, *&* Martyrologium Franciſcanum.

De-

Deinde sequitur B. Gesius *a Sancto Miniate*, *qui si* Io. Baptistae Cavalcantinio *eius memorabilium scriptori*, *anno MCCL floruit*; *si vero antiquitatum Miniatensium consultissimo* Carolo Guccio *fidem habemus*, *anno MCCCCXVI. mortem obiit*. *Hic Eremita Augustinianus fuit*, *& Lucae mortui in Ecclesia Augustinianorum reliquiae servantur in Arca*, *in qua sequens Epitaphium legitur*:

Hoc Eremitarum tumulo pie condite Gesi
Samminiatensis, Christoque beato fidelis,
Protege prece tua Locanos ac patriotas.

Sed & Beati Bonincontrii *iam meminimus*; *quare in medium producendus* B. Gerardus Bonamicus, *Tertiarius Franciscanus*, *cuius corpus in Ecclesia Castri Franci Vallis Arni inferioris quiescit*; *& vita a Minorita quodam luculente scripta est*. *Quamquam autem in Beatorum album missus non est*, *tamen commemorandus venit* Marcovaldus Portisanius, *& ipse Minorita*, *qui anno MCCCLX. floruit*, *& cuius scientiam*, *& virtutes* L. Wadingus *laudibus fert*, *traditque illum ob animi demissionem Presbyteratu indignum se reputasse*, *& ad D. Francisci exemplum in Diaconatu permansisse*. *Et quidem* Portisanios *pios admodum fuisse constat ex eo quod* Chiavellus *a Porta de Sancto Miniate*, *qui an-*

& praeclaro Florentinae Academiae Professore, cui & alia quaedam debeo, quibus hanc meam Praefationem copiosius instruxi atque locupletavi. Vtinam luculentissimi de Sanminiatensium rebus commentarii a Canonico Rossia *nostra memoria scripti, ex inanis prorsus inutilisque timoris cautela, non periissent, aut suppressi fuissent; & multo pluria de hoc Oppido, inter Etrusca nobilissimo, magna cum voluptate legerentur; & ipse haec carptim colligendi, differendique labore, & opera relevatus fuissem.*

Vt autem ad ea, quae a nobis addita huic Libro V. sunt, observanda tempestive deveniamus, pag. 16. *occurrit Catalogus familiarum Gibellinarum, quae Florentiae fuere, non iniucundus certe eis, qui Florentinam historiam penitus comprehendere velint. Hic producitur ex Codice MS.* Hugolini Gryphonii *Equitis, non admodum antiquo, sed qui saeculo demum XVI. scriptus est. Memorabilia quoque alia multa in eo continentur ad Etruscam historiam spectantia; quae identidem a nobis prolata sunt, aliaque remanent olim forsan opportune producenda. Iuxta laudatum Catalogum in libri ora numerus CCXV. adscriptus erat, qui quidem ita forte intelligendus esse videtur, ut indicet, per illa tempora Gibellinas fuisse, quae deinde insequentibus aetatibus ita adpellatae sunt, quemadmodum in Catalogo scribitur. Ex co-*

eodem Codice pag. 24. *Catalogum familiarum protulimus, quem* Prioriſtam *vulgo dicunt; quum familiae nobiles ac patriciae eae ſint, quae tribus primariis Civitatis Magiſtratibus fungi poterant; quorum primus erant, octo* Priores *cum* Vexillifero Iuſtitiae, *& ſingulis bimeſtribus ſpatiis creabantur. Alii duo principes Magiſtratus, erant XII.* Boni Homines, *ut vocant, & XVI.* Vexilliferi ſocietatis, *vulgo*, Compagnia. *Quicumque autem aliquem horum Magiſtratuum obire poterat, etſi alios duos Magiſtratus numquam obiiſſet, tamen iis fungi idoneus erat, & ex nobilibus patriciiſque cenſebatur. Cur autem multae familiae nobiliſſimae, & quae etiam inter XII.* Bonos homines, Vexilliferoſque ſocietatis *paſsim offenduntur, in* Prioriſtis *numquam occurrant, duo in cauſſa diverſo reſpectu eſſe potuere. Vnum, quod* Priores *ſortito eligebantur; adeoque contingere potuit ut ſors nunquam ſuper eas caderet. Alterum quod Populus quosdam principes viros, quibus eos Magiſtratus obvenire nolebat*, Magnates *ſeu* Optimates, *deinde declarabat, & honoris ſpecie poenam inrogabat.* Magnates *enim Populus ab his Magiſtratibus excluſerat, quum tantum populares, ſeu plebeios eos eſſe vellet, qui maioribus Magiſtratibus fungerentur. Quare nobiles opus habebant, ſe artis alicuius, & plebei opificii miniſterio adſcribere. Iam quis non videat quanto uſui huiuſmodi Catalogi,*

ſeu

seu Prioristae, *esse possint*, *ut nostrae urbis historia penitus & exacte comprehendatur. Adde quod nullus adhuc huiusmodi Catalogorum typis excusus paruit? Adeoque quem pauci admodum manu exaratum possidebant, nunc per omnium manus circumferetur; nec Florentinis tantum haec mysteria patebunt, sed etiam exteris aliqualiter, quibus hactenus prorsus ignota fuere. Quid quod, quum ceteri fere omnes prolixi admodum sint (nam plures huiusmodi Catalogi diversique Florentiae habentur) hic iustae brevitatis est, & ab omnibus facillime evolvendus, & commode circumferendus?* Pag. 305. *historica Memorabilia quaedam protuli ad Cerchiorum familiam spectantia, de quibus satis a me ibidem actum est*; pag. *vero* 316. & sequentibus *pluria antiqua Instrumenta producuntur, quibus gentis Comitum Guidonum, & Coenobii Strumensis historia, multum illustrari potest; & in quibus pluria iam a me sparsim animadversa fuere.*

Quum autem heic de antiquis Instrumentis, & Diplomatibus sermo inciderit, opportune observandum est a viris quibusdam eruditis mihi obiectum fuisse, in secunda Parte Chronici Leonis Vrbevetani *quaedam Imperatorum Diplomata edita fuisse, quae forte νοθείας arguantur ex eo, quod eodem anno, & de iisdem prope rebus, ab eodem Imperatore concessa deprehendantur; quum minus iis vero-*

rosimile videatur , pluria Diplomata supervacanee in eadem re eodem fere tempore data fuisse, in qua unum semel concessum satis superque fuisse videretur. Sed eorum pace replicare mihi liceat, non ob hoc unum exile admodum ac tenue argumentum, me in νοθείας *eorum monumentorum subspicionem statim venire debuisse. Primo, quod non ex* ἀντιγράφοις, *sed ex ipsis archetypis membranis, & quales ipsi Caesares tradere consueverant , ea descripta & producta fuerint. Secundo quod iis omnes notae Chronologicae, eius aetatis stilus, solitae Aulae Augustae voces ac phrases, apte exacteque insint. Tertio, quod forte moris per ea tempora fuerit, a quolibet Abbate confirmationem privilegiorum peti; ita ut si quis Abbas naturae concessisset, aut alio translatus fuisset, Abbas successor etiam eodem anno, quo data fuerant , privilegiorum confirmationem petebat: vel aliud Diploma eodem anno concedebatur ad alterius Coenobii eiusdem ordinis Abbatis petitionem, quod simillimum alteri scribebatur: insuper quilibet Imperator eadem privilegia renovabat. Quarto, quod nulla subesse caussa videatur, cur aliud Diploma fictitium cuderetur omnino simile, quum nullum amplioris privilegii emolumentum conferre ita posset. Quinto, quod* Fulg. Nardii *Abbatis Reverendissimi auctoritas atque adprobatio accederet , quo viro neminem Florentiae in re Diplomatica peritiorem adhuc* in-

inveni; qui innumera prope Archiva describendo compilavit, infinitas vetustas membranas eruit, evolvit, lectitavit, descripsit, expendit; & quanto criterio falsa a veris distingueret, non semel ipse admiratus sum; qui iam quintumdecimum immane antiquorum documentorum collectionis volumen indefessus exarat; ut omnino iam reprebendendus non viderer si de illo celebre Ciceronis effatum usurparem: Malo cum eo errare, quam cum ceteris recte sentire. *Sed ut pluribus, quod tertio loco breviter perstrinxi, diducam, licet quaedam in antecessum indicavi in ipsa Parte II. Chronici memorati* pag. 152. *si probe Diplomata Congregationi Vallis Vmbrosae concessa, & a me edita, considerentur, etsi quaedam inter ea simillima sint, & eodem anno data; tamen diversa erunt, vel quoad Imperatorem, vel quoad Abbatem, vel quoad Coenobium, vel quoad rem. Et ut ad exempla deveniamus*, pag. 185. *exhibeo Diploma Friderici I. concessum generaliter Vallumbrosanis, ad petitionem Ioannis Abbatis Strumensis, & Andreae Placentini, & Marini Vallumbrosanae Ecclesiae Praesidis, anno MCLIX. in Prato Grainano*. Pag. 186. *eodem anno concedit quidem privilegium Vallumbrosanis, sed uni tantum Coenobio, hoc est SS. Mercurialis & Grati Fori Livii ad petitionem Gervasii Abbatis; ut quod aliis generaliter concessum fuerat, huic specialiter conveniret.*

Datum autem est apud Novam Laudam. Pag. 188. *eodem pariter anno, simile privilegium Vallumbrosanis conceditur, sed conveniens tantum Monasterio Sanctae Mariae de Crispino, & datum est Castrocarii: & in his tribus Diplomatibus ea edicuntur, quae etiam materia & argumento multum inter se diversa sunt. Nam quae conceduntur in Diplomate Coenobii Foroliviensis, ei Coenobio proprie conveniunt; minus congruunt tamen multa, quae in Diplomate Coenobio de Crispino concesso continentur. Itaque mirum est viros illos eruditos adeo obiter ac perfunctorie haec Diplomata percurrisse, ut tantum eorum inter se discrimen non viderint, & ad ea falsitatis arguenda properaverint. Quod si etiam illorum difficilium temporum conditio, de qua ipse* pag. 153. *quaedam libavi, & mos, magis illis innotuisset, cognognovissent etiam omnes fere Abbates, & Coenobiorum Praesides, vix Imperator aliquis per proximas regiones iter faceret, ad eum undique & certatim concurrisse, ut privilegia, & immunitates, & protectionem ab eo obtinerent, securi quid alia sui ordinis Coenobia impetravissent, & suis suoque Monasterio trepide consulentes; nec id detrectabant Imperatores, quum suorum tantum Ministrorum labor esset ea Diplomata de more ex consuetis formulis describere; nec aliquod forte inde emolumentum iis obvenire indignabantur. Haec omnia* τὸ

γνή-

γνήσιον ad miraculum evincunt Diplomatum ab Henrico VI. Vallumbrosanis concessorum annis MCLXXXVI. MCLXXXVII. MCXCI. MCXCIII. quae omnia septem sunt, quorum tria data anno MCXCI. Primum enim Coenobio Montis Scalarii, tertium Coenobio S. Salvii, quinctum Coenobio Passiniani, concessa sunt, & multum diversa continent. Secundum concessum est Coenobio Vallis Vmbrosae, atque inde universae Congregationi, quae confirmationem Privilegiorum a Friderico I. concessorum petierat. Quartum quidem conceditur Monachis Vallumbrosanis, sed ut castrum Magnalis nominatim Imperator in protectionem recipiat, ut ibi dicitur. Sextum vero Monasterium Passiniani quidem respicit, sed cur? Aliud profecto Diploma anno MCLXXXVII. Giberto Passiniani Abbati concessum fuerat; sed anno MCXCI. quum Abbas eiusdem Monasterii Magister Gregorius creatus esset, ad eius petitionem Privilegiorum confirmatio fit ab eodem Imperatore, ut fieri consuevisse in Abbatum mutatione iam diximus: Insuper non tantum Gregorius confirmationem generalem petiit, sed petiit confirmationem Privilegiorum a Friderico I. suo Coenobio concessorum, quod in alio Diplomate non exprimebatur; atque ulterius petiit confirmationem Diplomatis concessi anno MCLXXXVII. quod illud Henricus VI. nondum coronatus concessisset, nunc vero

ro

ro coronatus erat Imperator ; & rogatus confirmare Imperator , quod ante diadema imperiale concesserat . En ipsa Imperatoris verba : & quod ipsi Monasterio, antequam diadema Imperiale nostra Celsitudo susciperet, fecimus, Imperiali auctoritate confirmamus. *At cur aliud Diploma eidem Monasterio anno MCCCIII. concedit? Ecce causam. In superioribus Diplomatibus ingeneralem protectionem una cum omnibus ad illud spectantibus Monasterium Passiniani receperat : in hoc tertio Diplomate* in specialem , *inquit* , Maiestatis nostrae protectionem recipimus. *Insuper, quod in aliis non fecerat, expresse ab Albergariis eximit ; & ulterius indulget ut eius Abbatis , & Coenobii* possessiones, quas LXX. annos sine legali interruptione possederunt, quiete habeant, ita ut nulli iudicum in centenariam hanc indulgentiam liceat ferre sententiam, quam occasione legis a Serenissimo Patre nostro datae posset pronunciare. *Viden ut maxima causa exstat? Viden, cur tot Diplomata eidem Coenobio ab eodem Imperatore concedantur? Vt statu ipso difficultates amolior ! Sed flatu parcere potuissem, si viri illi eruditi haec Diplomata attentius legere voluissent , & praecipitate sententiae crimine non adligari. Eadem observanda veniunt in duobus Diplomatibus Othonis IV. Sed non alia quorundam illorum Diplomatum τῶ γνη-*

σίῳ

σίῳ obſtant? Non alia medius fidius efficaciter, ſiquid in re Diplomatica video. Quod ſiquis alius acutius videt, indicet; nam eadem facilitate, qua viris illis eruditis, ut arbitror, ſatisfecimus, & alios obiices, τὸ γνήσιον adſtruentes, amovebimus.

Quod ſi quem moveat tanta Imperatorum erga Eccleſias & Monachos indulgentia ac liberalitas, illius aetatis indolem prius induat oportet, & conſideret per ea tempora maximam pietatis & religionis partem a Chriſtianis in donationibus Eccleſiae factis conſtitutam fuiſſe; unde tot praedia, & latifundia, & provincias ipſas, ac regna, non Eccleſia Romana tantum, ſed & aliae aliarum civitatum Eccleſiae ac Coenobia, immenſis reditibus aucta, poſſederunt. Quin nec aeternam animae ſalutem ſe conſequi poſſe interdum ſperabant, niſi principalem dignitatem abdicarent, & ſe in aliquod Monaſterium includerent, quod diu apud Latinos, & Graecos uſitatum fuit; & apud hos non adeo remotum exemplum Ioannes Cantacuzenus Imperator dedit; apud illos Carolus V. recentioris memoriae Rex atque Imperator. Haec omnia infinitis Barbarae Hiſtoriae locis & exemplis demonſtrare eſſet; ſed quum ea nonniſi hominibus harum rerum omnino rudibus ignota eſſe poſſint, & mea Chronologica Synopſis innumera huiuſmodi exempla luculente ſuppeditet, ideo hanc operam ſumere ſuperſedeo, conten-

tentus interea proferre, non adeo antiquum Florentinae religionis argumentum, quod sequens instrumenti fragmentum, ex corrosa Membrana Archivi Strumensis descriptum, legentibus exhibet.

In Dei nomine Amen. Hoc est exemplum copie sive scripture cuiusdam capituli seu conventionis vel pactorum initorum & factorum die vigesimo nono mensis Iulii Anno Domini ab eius salutifera Incarnatione millesimo quadringentesimo quadragesimo Indictione tertia per nobiles & spectabiles viros Nerium Gini de Caponibus & Alexandrum Vghi de Alexandris, sicuti generales Commissarii Communis Florentie & magnifici Officii Decem Balie vice & nomine dicti Populi & Communis Florentie & dicti offitii Decem ex parte una; & per Comitem Franciscum de Battifolle & per Ser Tommasum Thechii & Antonium Ser Francisci, ambos de Pupio pro & vice & nomine Communis & hominum Puppii & aliorum Communium Villarum Rectorum, Iudices capitales nominatorum ex parte altera, & confirmatos per offitium Decem Balie ut in dictis capitulis latius continetur. Scripte sunt copie de dictis originalibus capitulis punctualiter de verbo ad verbum, prout in ipsis costare inveni per me Buonum notarium infrascriptum, quo quidem capitulo tenor talis est:

Item omnes & singule persone ecclesiastice & earum ecclesie & ipsarum ecclesiarum bona ecclesiastica quecumque que & quas per huiusmodi personas ecclesiasticas tenentur & possidentur, de cetero intelligantur esse & sint libere exempte & immunes & libera & exempta & immunia ab omnibus et singu-

lis

lis quibuſcumque honeribus Communis Florentie & ab ipſo Communi debeant defendi & ſervari, hoc declarato et expreſſo quod predicta locum habeant in perſonis eccleſiaſticis & eccleſiis dictorum locorum & de dictis locis de Pupio, Fronzola, & Chuota, & eorum Communibus & Curiis.

Ego Buonus . . . . de S. Detolo publicus imperiali * iudex ordinarius nec non Notarius & civis Florentinus . . . . ex autentico & originali rogatus per Ser Bartolomeum Ser Guidonis . . . . ſignumque meum appoſui conſuetum. Die octavo menſis Decembris milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo Indictione quintodecima.

Quod ſi quis ſtulte indignaretur ea ſola vetera inſtrumenta a me produci, quae in favorem Monachorum, Coenobiorumque confecta ſunt, nihil autem eis non ſatis commodum: ecce, ut ſtolidam iram compeſcam, & vacuas pagellas, Typographo exigente, non relinquam, antiquam chartam exhibeo, qua illud poſterius expedio, & publicae hiſtoriae aliquale ex Archivo memorato praeſidium adfero.

In nomine Domini Amen. Vera certitudine pateat inſpecturis quod inſcripta pagamenta Decime pro Terre Sancte ſubſidio ſolute pro Abbatia de Strume Ordinis Vallisumbroſe, Aretine Dioceſis, reperiuntur in libris pagamentorum dicte Decime collecte ab Eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis Aretine civitatis & Dioceſis, exemptis. In primis ſub Anno a nativitate Ieſu Chriſti milleſimo duceenteſimo ſeptuageſimo

ſimo quinto indictione tertia, Domino Gregorio papa preſidente, nemine imperante. Quo anno ipſius Decime collectores a clericis et eccleſiaſticis perſonis et eccleſiis Aretine civitatis et Dioceſis exemptis, fuerunt Domini Lottus Plebanus Plebis de Ficareto, Aretine Dioceſis, et Petrus Canonicus Aretinus, reperitur paga Decime ſic ſcripta. Die Mercurii 15. die menſis Maii oct. . . apud Palatia Domini Epiſcopi Aretini coram Aringuccio Ricovari, Vbertino Rigonis Vbertini, et Guidone Vbaldino &c.. Dominus Lottus Plebanus Plebis de Ficareto recipiendo totaliter pecuniam a Domino Andrea Abbate Monaſterii de Strume Ordinis Vallisumbroſe, confeſſus eſt ſe habere viginti duas libras, & decem ſolidos bonorum denariorum pro decima dimidie partis proventuum dicti Monaſterii pro anno currenti a feſto S. Iohannis Baptiſte citra, ab ipſo Domino Abbate ſolvente & proteſtante quod ad cautelam plus ſolvebat.

Sequenter eodem Anno & Indictione reperitur alia paga Decime ſic ſcripta. Die Sabati 32. die Iunii. In clauſtro Canonice Aretine, coram presbitero Maffeo de Struſiano, Guardi olim Birri, & Cottone Guidi Benaſii tutores. Dominus Petrus confeſſus eſt ſe habere a Domino Andrea Abbate Abbatie de Strume, viginti duas libras & decem ſolidos bonorum denariorum pro Decima medietatis proventuum ipſius Domini Abbatis & Abbatie predicte, Ordinis Vallisumbroſe pro iſto anno. Qui Dominus Abbas proteſtatus eſt, quod ad cautelam plus ſolvebat.

Item ſub anno a Nativitate Ieſu Chriſti milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto indictione tertia Domino Gregorio Papa preſidente, nemine impe-

pe-

perante, quo anno ipsius Decime Collectores a Clericis & ecclesiasticis personis & Ecclesiis Aretine Diocesis & Civitatis exemptis, fuerunt Dominus Vivianus Archidiaconus Aretinus, & Dominus Orlandus Plebanus Plebis de Asciano, Aretine Diocesis reperitur paga sic scripta: die xviiii. Decembris Abbatia de Strume libras tredecim bonorum denariorum; soluit frater Iohannes procurator donni Andree Abbatis pro decima medietatis suorum proventuum huius anni.

Item sub Anno a Nativitate Iesu Christi millesimo ducentesimo septuagesimo sexto Indictione quarta, Domino Innocentio Papa presidente, nemine imperante, durante adhuc anno prenominatorum dominorum Archidiaconi & Orlandi collectorum dicte decime, reperitur alia paga sic scripta: Die xxiiii. Iunii Abbatia de Strume libras quattuordecim Pisanorum; solvit Primeranus pro Domino Andrea Abbate huius Abbatie pro decima medietatis suorum proventuum huius Anni.

Ego Bonaiunta Notarius filius quondam Guadagni de Pullia Civis Aretinus ad scribendum pagas decimarum pro Terre Sancte subsidio, in Aretina Civitate ac Diocesi deputatus, prescripta quattuor pagamenta Decime Abbatie Vallis Vmbrose reperta inter alia pagamenta, & in libris pagamentorum Decime supradicte, ut in eisdem libris apparet, hic scripsi fideliter, & in publicam formam redegi, apponendo meum signum autenticum.

Ex hisce instrumentis animadverti potest primum, Florentinos anno MCDXL. pacta conventa cum Comite Battifollis & Casentinatibus firmasse; secundum anno MCCLXXV. a Gre-

a Gregorio X. decimas Ecclesiasticis in Palaestinae subsidium impositas fuisse, nec eodem anno tantum exactas; sed etiam anno insequenti, quum Gregorius X. Arretii mortuus esset, & Arretii pariter Innocentius V. ad Pontificis maximi dignitatem evectus fuisset; nec per haec tempora Rodulphum Habspurgensem tamquam Imperatorem habitum in his locis fuisse, nam nemine imperante *scribitur. Deinde quosdam Collectores Decimarum in quibuscumque locis creatos fuisse, qui singulis annis mutarentur; & Notarium aliquem, Decimarum solutioni describendae praefuisse. Hae decimae indictae fuere pro adparatu belli contra Saracenos, quod Pontifex una cum Philippo Francorum Rege, & Genuensibus ac Venetis iam pacificatis, meditabatur, ut scribit laudatus* Platina. *Decimarum Ecclesiasticis in Aragonia imponendarum & earumdem in Francia concessarum, meminit* Nat. Alexand. Tom. VII. Hist. Eccles. in Gregorio X. *in Germania & Anglia*, Rainaldus *ad annum MCCLXXV. Decimarum Ecclesiasticis in Italia tunc impositarum nondum vidi, qui mentionem faciat, praeter hoc monumentum, in quo, Ioannem a Sancto Miniate Monachum insignem Camaldulensem, ad quem Ambrosii Camaldulensis epistolam habemus, obiter commemorans, gradum sistam, nec ulterius progrediar.*

LAV-



LAVRENTI

BONINCONTRI

MINIATENSIS

HISTORIARVM

VTRIVSQVE SICILIAE

LIBER QINTVS.





Onradus, post Friderici mortem patris, a Guillelmo Comite Hollandiae, qui Lucrano Alemanniae in Regno successerat, diu bello vexatus, in Sueviam, ut quidam volunt, se recepit, quum in Italia Manfredus omnia divina, & humana, permiscuisset.

Nam primo patris testamentum suppressit; & quidam, qui eius (1) sceleris conscii fuerant, veneno sublati sunt; deinde simulans Conradum fratrem in Alemannia sine filiis decessisse, omnem Siciliam occupavit. Iam enim susceperat Conradus in Germania filium ex Elisabetha uxore, quem Conradinum vocavit. Occiderat enim Conradus, Friderico defuncto, Fridericum fratrem, & alterum Fridericum ex Henrico fratre nepotem. Quumque intelligeret Mãfredi insidias contra se paratas ex Aquileja solvens (2) in Apuliam venit. Vt quidam Ana-

(1) Iure quidem Historicus noster Manfredum sceleris arguit; nam *Villanius Cap. XLII.* suarum historiarum Lib. IV. talia de illo refert. *Ed avvenne, che aggravato di sua malattia* (ideſt Fridericus Imperator) *essendo con lui un suo Figliuolo bastardo, ch' aveva nome Manfredi, desiderando d' avere il tesoro di Federigo suo Padre, e la Signoria di Puglia, e di Cicilia, e temendo che Federigo di quella malattia non iscampasse, o facesse testamento, concordandosi col suo sagreto Ciamberlano promettendogli molti doni, e Signoria, con uno primaccio, che a Federigo pose il detto Manfredo in su la bocca, sì l' affogò.* Quod ad librum quoque antecedentem *Bonincontrii* nostri observavimus. *Mecatt.*

(2) Sic habet laudatus *Villanius Cap. XLIV. Non si volle il detto Corrado mettere a passar per terra, ma giunto lui nella Marca di Trevigi fece co' Viniziani ap-*

nales habent cum quinquaginta Venetorum triremibus Neapolim adpulit; & quia Neapolitani Manfredo non paruerant, haud advertētes rem sibi periculosam moliri, quia illi Manfredo persuaserant ita in rem suam fore, Ezelinum ad se advocat. Cuius copiis fretus post septimum mensem Neapolim cepit, & moenia urbis demolitus est. Idem etiam Capuae fecit. & postremo Aquinum ab eo incensum. Conciliatusque Richardo Comiti Casertae adfini suo

apparecchiar gran navilio, e di là per mare con tutta sua gente arrivò in Puglia li anni di Cristo 1251. E con tutto che Manfredi fusse crucciosa della sua venuta, perchè 'ntendea ad esser Signor del detto Regno, a Currado suo fratello fece grande accoglienza, rendendogli reverenza ed onore. Come fu in Puglia fece oste sopra la Città di Napoli, la quale da Manfredi Prence di Salerno per cinque volte era stata osteggiata, ed assediata, e non aveva fatto nullo acquisto. Ma a Currado per sua grand' oste, e lungo assedio s' arrenderono i Napoletani salve le persone, e la terra; ma Currado non tenne loro patti, ma come fu in Napoli fece disfare le mura, e tutte le fortezze di Napoli, e simigliante fece a Capua, &c. Ma come piacque a Dio poco appresso infermò di grave malattia, ma non però mortale, e facendosi curare a Medici Fisiciani, Manfredi suo fratello per rimanere Signore il fece a detti Medici per moneta, e gran promesse avvelenare in un cristeo; e per tale sentenza piacque a Dio ch' ei morisse, &c. Mecatt.

Acerras,quae ab eo defecerant, recepit, ubi a Richardo certior factus est de Manfredi animo. Igitur contra eum versus, qui iam Calabrias occupaverat, benevolentia militum fidens Mãfredum omni regno pellere properabat. Hic quum accepisset Appulos, ceterasque Siciliae partes, defectionis cõsilia agitare, non dimittẽdam ratus, sed astu, consilioque rem esse agendam, veneno fratrem petivit, quod illi in potione per ministros tanti sceleris oblatum est. Sed quum frustra tantum facinus subscepisset, iterum Lavelli aegrotantem venenum pro clistere immissum Conrado fratri paravit. Adeo alvi corrosionibus, doloribusque ille fatigatus est, ut eo veneno interierit sexto & vigesimo suae aetatis anno, & totidem diebus, salutis anno MCCLXI. Attamen eius cadaver per Manfredum Messanae summo cum honore delatum, ploratu, & lacrimis prosequutus est, ne facinoris conscius esse videretur.

Is vitae finis Conrado fuit, & qui fratrem nepotemque simili modo necavit, dignum moribus suis exitum adinvenit. (1) Sunt etiam qui dicant illum in Alemanias re-

(1) *Collenuccius* inhumanum & crudelem Conradum vocat, multumque a Patre dissimilem prudentia, ceterisque virtutibus. Solum forma egregium praedicat, similemque Absaloni venustate oris effingit. *Mecattius*.

recessisse, & non venisse in Italiam, quod facile credi non potest. Per ea tempora Henricus Daciae Rex a fratre suo in mari subfocatur. Sed hic quum Frisones sibi subiicere voluisset, ab iisdem confossus est.

Conrado in Apulia vita functo Conradinus filius in Alemania successit, qui sub matris tutela tamdiu fuit, quoad adolescens factus est. Ceterum Manfredus, ut iam meminimus, per fas & nefas Regnum eius in Italia occupavit, & in Siciliam profectus Panhormi ab insulae proceribus, populisque coronam & Siciliae Regnum suscepit primo Augusti die anno MCCLI. Et ut id facilius fieret in suas versus artes falsis literis nuntiare fecit Conradinum Conradi filium in Germania decessisse. Et ut literarum fides efficacior esset iusta funeri persolvit. Quae res ut falso nuntiata, ita temere credita. Quae fama quum nonnullis Aprutii civitatibus suspecta esset, Pontifice etiam id negante, causam dedit Conrado Campano, quem Conradus Apruciis praefecerat, eam provinciam in Conradini fide servandi. Quo fit, ut in pluribus Regni partibus iam Manfredi consilium, & fraus parata, detegi coeperit. Tum Manfredus Neapolitanos eius imperium palam detrectantes vexare bellis coepit, praedasque ex eorum agro agens, magnis eos

adficiebat incommodis. Sic quum neminem alium ea tempeſtate haberent praeter Conradinum, ad quem ſuas poſſent deferre iniurias, oratores ex eorum nobilitate Palamedem Batutum & Petrum Brancacium in Gallias ad Pontificem miſere, antiquam Neapolitanorum fidem in Romanos Pontifices commemorantes, et in Imperatores Romanos; ſemper fuiſſe omnium Chiſtianorum iudicem adſerentes, ad quem ſuae dignitatis ſplendore ſpectabat vim omnem & iniurias prohibere. Populum Neapolitanum iniuſte impieque a Manfredo laceſſitum vexari acrius contra ipſius patris imperium. Quin etiam contra nepotem arma moviſſe. Conſtabat enim quod in eius tutela, & Romanae Eccleſiae pater moriens commendaſſet pupillum a patruo amico omni ſceleri bonis prope omnibus & Italiae imperio exſpoliatum. Avertiſſe ab eius fide quoque primo Liguriae partem, omnemque ferme Etruriam. Nec iis contentum in Siciliam irruiſſe eius morte falſo vulgata. A Siculis diadema regni accepiſſe. Poſtremo regnum Neapolitanum praedam ſui ſceleris effeciſſe. Reſtare civitatem immunitam, cuius populum crebris excurſionibus omni contumelia adfeciſſe. Quibus, quum nulla alia ſpes ſupereſſet, confugiſſe eos ad ſanctum tribunal, ad quod etiam

tiam si omnia incolumia servataque essent, tamen si vis aliqua ingruisset, confugiendum eis erat. Proinde orare ut eorum aerumnarũ & calamitatis misereretur. Horum Legatorum motus precibus Pontifex, & quia Neapolitanos cognoverat egregiam fidem, operamque, Romanae Ecclesiae semper praestitisse, quum amplius Manfredi insolentiam tolerare non posset; crebroque ad eum querimoniae ex tota pene Italia deferrẽtur;& quod Romani ab eodem superioribus incitati diebus Senatorum potestatem sibi adsciverant, iuste Innocentium ad sui odium provocant. Igitur iis atque similibus Pontifex irritatus, benigne Oratores adlocutus est, & quum eos bono ac forti animo esse iussisset, spei plenos domum remisit. Ipse deinde compositis Concilii rebus itineri se accingit. Sancitum fuerat in Concilio Lugdunensi inter cetera ut Cardinales equitantes rubente galero uterentur. Pontifex ut Perusium venit magnas undique copias contraxit. Compositisque Vmbriae rebus Romam petivit. A Romanis, etsi honorificentissime receptus, nihil tamen ex eorum Magistratibus est immutatùm. Inde Neapolim petens urbem sibi a civibus oblatam suscepit, & moenia instaurata sunt, quae superioribus annis a Cõrado demolita diximus. Post haec in Lucanos profectus, quod Manfredum cum copiis suo

exercitui adventantem acceperat, ne ab hoste eis subveniretur, non nulla ex Samnio oppida ab hoste deficiẽtia accepit. Postremo Neapolim rediit, & Columnensem Cardinalem Legatum in Apuliam cum parte copiarum misit. Sed iam per Pontificem & Legatum, Manfredi astu & dolo, res segnius agi coeperant. Namque Manfredus acri ingenio vir omnia solicite procurare, consilia hostium praevenire, castella munire; civitatesque se Coradini nomine regere adfirmabat. Nec posse illos nova belli consilia tractare, nisi suarum fortunarum magno incommodo. Hoc modo cives veteri Sveviorũ imperio adsuetos in fide cõtinebat, ne possẽt novo cũ Imperatore convenire. Nec permissurum eos id efficere dicebat, praesertim quũ tanta sibi sint equitum & peditum praesidia, maioraque etiã habiturũ, quum propediem altera exspectarentur. Postremo dicebat Põtificis copias adeo consumtas esse, debilitasque omnium necessarium rerum penuria, ut etiam nullo premente brevi relinquere Apuliam cogerentur. Esse praeterea sibi Luceriae Agarenorum præsidium haud contemnendum, quo Fridericus Imperator fretus plurima, & egregia bella saepe patraverat; unde hoc sibi in animo esse Legati copias invadere. Igitur castra praesidiis firmat, & omnia exsequitur, quibus sua tuta-

tutari posse & hostem laedere existimabat. Erant ea tempestate Pontificis castra sub Guarda Lombardiae, nihil sane molientia. Manfredus prius omnibus per Agarenos exploratis, ut tempus rei bene gerendae sibi visum est, nocte intempesta cum omni exercitu proficiscitur, & loco quam occultissimo in insidiis, haud procul hostium castris, eum locat. Quum luce adhuc prima Manfredi equites adparuissent, & instructi ad praelium procederent, oblata est ei per Legatum pacis spes, quam Rex quibusdam pactionibus satis honestis haud invitus suscepit, sperans eo foedere omnes Pōtificis copias rerum necessariarum penuria adductas brevi dilapsuras, & sine Marte per se ipsas posse deleri. Vir ad fraudem machinandam callidus occasionem exspectans, sua castra, quocumque hostes incederent, illis finitima habebat. Iam enim quibus supradiximus caussis Legatus e Samnio equites educebat; quum Manfredus cohortatus est a Richardo de Maldeburgo Alemanno, qui in suo exercitu pedites ducebat, ne tantas Pontificis copias impune abire permitteret, quibus adfirmabat necesse esse in planum locum descendere ut pabulum exercitui praebere possent, & per saltus intricatos evadere. Si sibi fidem habebat, sperare se iis locis facile hostem ha-

ſuperaturum. Quibus devictis fore ut omni Italia potiretur, et Regnum ſibi poſtea pacatiſſimum relinqueret. Proinde ſibi adverteret, vel copias ſibi ſuas daret, ſi pergere addubitaret. Nec multa perſuaſio homini neceſſaria fuit, ſolutaque Iuris iurādi religione, & foedere cum Pontifice icto, caſtra hoſtium invadit. Capti omnes, qui in his equites erant, utpote qui alia quaevis omnia, quam praelium exſpectabant; & clades tanto Pontificis damno fuit, ut ne nuntius quidem ex tot millibus hominum, qui cum Legato militabant, ſuperfuerit, itineribus prius a Richardo occupatis. (1) Qua clade Pontifex motus in aegritudinem incidit, ex qua pau-

(1) Hanc Pontificii exercitus cladem *Villanius* non memorat. Et *Collenucius* refert, Manfredum ad Pontificem, quum Neapoli degeret, acceſſiſſe,& callide, vafreque cum eo conciliatum,& tamquam Tarenti Principem cum aliis Neapolitani Regni Proceribus Innocentio Quarto obſequium praeſtitiſſe. Quin imo totum fere Regnum Pontificis mandatis obtemperaturum fuiſſe narrant Hiſtorici, niſi eius mors interceſſiſſet, quae anno MCCLII. ſequuta eſt Neapoli, & ſepultus eſt in Eccleſia Sancti Laurentii, quae fuit iam, ubi nunc Metropolitana. Notatque Thomas *Coſtus* Neapolitanus Hiſtoricus ſuis etiam temporibus marmoreo inſculptum lapide hoc Epitaphium legi opera Annibalis Archiepiſcopi Capuani ſuperimpoſitum:

Hic

paucis post diebus Neapoli interiit, et sepultus est, anno salutis MCCLIII. Hic est ille Innocentius, qui multa & egregia Iu-

Hic superis dignus requiescit Papa benignus
Laetus de Flisco sepultus tempore prisco;
Vir sacer, & rectus, sancto velamine tectus,
Vt iam collapso mundo temeraria passo
Sancta ministrari urbs, posset quoque rectificari,
Concilium fecit, veteraque iura refecit,
Haeresis illisa tunc exstitit, atque recisa,
Moenia direxit, rite sibi credita rexit,
Stravit inimicum Christi colubrum Fridericum.
Ianua de nato gaudet sic glorificato.
Laudibus immensis urbs tu quoque Parthenopensis
Pulcra decore satis, dedit hic tibi plurima gratis
Hoc titulavit ita Humbertus Metropolita.

Collenuccius tamen narrat Manfredum ubi audivit Pontificem aegrotantem contra Ecclesiae copias irruisse plurimaque Ecclesiasticos clade adfecisse. Sic enim ille *Lib. Quarto pag.* 119. *Manfredi sagace subito che intese il Papa essere ammalato, occultamente andò a Taranto, e di lì a Luceria, e messi insieme tutti i Saracini di quel luogo con altri suoi andò con ogni celerità a Foggia, ove Innocenzio avea mandate tutte le genti d' arme, che egli aveva menato seco nel Reame, per non gravare, non bisognando altramente, i Napoletani. Costoro adunque Manfredi assaltò all' improvviso, e messegli a sacco, ammazzandone quanti glie ne parve. Dipoi ingrossato di gente d' arme, scorrendo pel Regno sotto titolo di tutore di Corradino suo nipote assente, ricuperò tutti i luoghi, dove si presentò.* Mccatt.

Iuris Pontificii ſcripſit. (1) Poſt eius mortem Sedes Romana duobus annis vacavit, et tamdem in huius locum Alexander quartus Pontifex declaratus eſt anno MCCLV. Is fuit natione Campanus, qui initio, eodem ac Innocentius infortunio uſus eſt, de quo ſuo loco dicemus. In Aſia quoque ſuperioribus annis res non minori Chriſtianorum damno, quam in Italia, gerebantur. Nam quum Agareni, qui Damiatae a noſtris obſidebantur, viderent ſe non poſſe vim noſtri exercitus ulterius tolerare, urbe prius incenſa noctu aufugerunt. Vrbs profecto celebris, in qua Ieremiam lapidibus obrutum olim fuiſſe ſacrae literae teſtantur. (2) Quod quum Ludovicus Rex animadverſiſſet ingreſſus cum ſuis civitatem, qua potuit, aedificia ab incendio reſervavit,

(1) Sic habet *Villanius*; ſed *Collenuccius* aliter ſentit; inquit enim: *Il Collegio de' Cardinali ſubito nel medeſimo luogo entrati in Conclave eleſſero Papa Aleſſandro quarto, a' quali fu forza accelerare la elezione, perocchè Bartolin Tavernaro cognato ch' era ſtato d' Innocenzio creato da lui Podeſtà di Napoli ed allora prepoſto alla guardia del Conclave lor ſottraſſe il cibo, acciocchè faceſſero più preſto, ſtimando come poi ſucceſſe, che Manfredi s' ingegneria di rubare ogni coſa*. Mecatt.

(2) Id in ſacris Veteris Teſtamenti litteris nuſquam occurrit; ſed ſunt alii qui id ſcripſerunt. *Lamius*.

vit, munivitque urbem, praesidio Christianorum ibi relicto. Cum hoc Robertus Pictaviensis, qui eo Autumni initio adpulerat, iunctis copiis, ad Pharmacam urbem duxere, quo in loco Solidanus cum ingenti multitudine considebat. Fluvius Ducum castra dividebat, nec in eo loco facile superari aut vadari poterat. Igitur ea hieme ibi consessum. Initio veris Robertus maioribus animis, quam res aut periculum monebat, miro pugnandi ardore accensus nacto vado ex superiore fluminis parte in hostes invectus commisso praelio, quum Ludovicus et ceteri non subvenissent, eius copiae a Saladino deletae, fugataeque sunt, & ipse vivus (1) in hostium potestatem devenit. Qui superfuere ex praelio Pharmacam redeuntes, quum in castris fame, & peste laborarent, statuerunt ut naves Christianorum flumine Nilo invectae commeatus asportarent. Hae ubi cum Patriarcha Ierosolymitano omnis fortuna publica, & privata onustae ad ostium Nili adventassent, a classe Saladini cum ipso Patriarcha captae sunt. Quae res effecit, ut nostri relinquere obsidionem sint coacti. Redeuntesque Duces Christiani

(1) *Villanius Cap. XXXVII. Lib. VI.* Robertum memorat in hoc praelio occubuisse, *Mecatt.*

ni cum Ludovico eorum Rege, Alphonsus Pictaviensis, & Carolus Andegavensis Germani fratres, ut Damiatam repeterent, in ipso itinere a Saladino invasi, commisso praelio, cum omni exercitu (1) capti sunt. Saladinus quum praedam inaequaliter divideret ab suis obtruncatus est, & in eius locum alter suffectus est, qui initio sui imperii, quum nil tentandum censeret, quos praelio superatos captosque diximus, Ptolemaidam incolumes abire permisit. Sunt qui aliter velint, Carolum hunc, qui postea primus dictus est, & fuit Neapoli Rex, a barbaris pecunia se redemisse; et quod apud Torres, Galliae Oppidum, pecuniam eam argenteam cuderat *Tornesios* dictos, quorum singuli unius auri cum alterius dimidio valorem aequabant. Quae fama apud omnes Neapolitanos constans est, & qui aliter senserit, falsum aut figmentum illud existimaretur. Nos etiam, rem in medium relinquimus. Ceterum Margarita Ludovici Regis uxor, durante Viri captivitate, dum Damiatae esset, filium peperit, cui Tristano nomen fuit ex viri calamitate inditum.

Iisdem

(1) Lege *Cap. XXXVII. Lib. VI. Ioannis Villanii* ubi fusius exercitus Christiani cum Saladini copiis pugnam commemorat, quam die 27. Martii MCCL. commissam adfirmat. *Mecatt.*

Iisdem ferme temporibus Petrus Veronensis Ordinis Praedicatorum inter Mediolanum, et Comum ab Haereticis obtruncatus in Sanctorum Martyrum numerum relatus est.

Anno gratiae MCCLV. Alexander quartus, tamdem in Pontificatu eligitur. Qui ut primum Pontificatum iniit litteris Manfredum admonuit ut ab Ecclesiae, et Imperii rebus abstineret, bonaque omnia restitueret, quae ex Legati Columnensis conflictu interceperat. Quin quum patris Friderici moribus & disciplina imbutum Pontificis iussa parvi facere eum videret, Manfredum excommunicat. Deinde Ananiam pergit. Reliquerat Pontifex Neapoli praesidium equitum peditumque, quibus Octavianus Cardinalis Legatus ex gente Vbaldina oriundus praeerat.

Interea Manfredus, etsi saepe ab Etruscis vocatus ad eorum res componendas, hactenus ire distulerat. Tamen quum se excommunicatum accepit, & Florentinos, qui Pontificem in Etruriam accersiverant, hiemis tempore ad Elisabeth Conradini matrem Legatos in Alemanias misisse, ut Conradinum in Etruriam ad suscipiendum patrium, & avitum imperium mitteret, non ulterius differendum ratus, per Campaniam iter facere instituit. Et ne Gibel-

los ab anno MXXIV. ad annum MXXX. solummodo regnavit ; Ioannes vero XIIX. seu XIX. ab anno MIII. ad annum MIX. ut apud *Calmetium* in *Chronologia* videre est. Annis autem MIX. & MXXX. Indictio VII. & XIII. habetur. Quare evidenter demonstratum est hanc Donationem anno VII. Ioannis XV. factam fuisse, adeoque anno CMXCII.

Non igitur ab anno MXVII. Historiam Diplomaticam Comitum Guidonum *Scipio Admiratus* incipere debebat, sed ab anno CMXCII. ut prolatum Instrumentum ostendit.

In Nomine Domini, anni ab incarnatione eius septimi decimi post mille, Einrici gratia Dei magni Imperatoris Augusti anni Imperii eius quarto, nonis Novembris, Indictione prima feliciter. Manifestus sum ego Wido Comes filio bone memorie Tegrimi Comitis, quia pro Dei timore, & anime mee redemptione, & remedio parentum meorum, per huic cartam iudicati, iudico, & trado, atque confirmo ad ius proprietatis habendum, & perpetuo iure possidendum, ad usum, & sumptum Fratrum Monachorum, qui in eodem loco, Deo, & Sancto Benedicto militaverint, in Ecclesia & Monasterio nostro, in Comitatu Aretino, in Plebe Sanctae Mariae sito Buiano, in loco qui dicitur Strumi, & est edificata in honorem Martyris Christi Fidelis, quam bone memorie Pater meus Teudegrimus Comes, in suis propriis rebus memorandum Monasterium statuit. Deo autem seu prenominate Ecclesie Dei, & Sancti Fidelis, sicut dictum est pro redemptione anime mee, & Imilde mee coniugis, ac parentum meorum, iudico, & trado atque

atque confirmo integra Curte nostra sita Furliae, vel Foropopulis in loco, qui dicitur Vallis de Pirello, & Rivo de Tampo, & per singula loca & vocabula ubicumque de pertinentia ipsius Curtis nostre esse invenitur, tam de donnicatis, quam de mansis, tam de cultivi, quam de agresti, tam de hereditate quam de conquisitum, Deo & predicte Sancte eius Ecclesiae pro animarum nostrarum remedio iudico, & trado atque concedo, quatenus Abbas & custos praedicti nostri Monasterii ad usum & sumptum Fratrum Monachorum ibi Deo militantium, habeant teneant firmiterque possideant sine . . . . meorumque heredum contradictione, vel repetitione. Et quod fieri non credo si ego qui supra Wido *Comes quid quilibet Dei inimicus contra hanc cartam iudicati, & traditionis nostrae aliquo in tempore, agere, causare, vel ullam molestiam inferre, presumpserimus, aut contra iam dicta Sancta Dei Ecclesia retollere, vel minuare aut subtrahere tentaverimus, in totum, vel in aliquo, in primis iram Dei incurrat, & Deum Omnipotentem, & Sanctos eius, qui expoliare tentaverit, habeat inimicos, nullaque portione habeat in regno Dei, sed potius Anne, & Sathire, atque Iude Domini traditoris, damnenturque cum Diabolo, & Angelis eius in stagnum sulfuris ignis. Et insuper obligo me ego* Wido *Comes, & meos heredes predicte Sancte Ecclesie, & Monasterio, eiusque Oratoriis si praedicte Curtis nostre, vel eius pertinentia in toto, vel in aliquo minuere temptaverimus, ibi in propinquis, & in consimilis locis cum omnibus suis aedificiis de nostris propriis rebus in duplum componere permitto. Ecce, quae nobis placuit, Deo gratias, adimplevimus, unde hanc cartulam iudicati a me* Widone *facta est.*

 Actum

Actum in loco Porciano Iudicaria Florentina, seu Fesulana, feliciter.

† *In Signo manu prop.* Wido *Comes qui hanc cartulam iudicatis sicut superius legitur fieri rogavit.*

† *In Signo manus Gisolfo filio bon. mem. Rodulphi rogatus testis.*

† *In Signo manus* Willelmo *filio bon. mem. Lamberti rogatus testis.*

† *In Signo manus Ioannis filio bon. mem. Petrus rogatus testis.*

† *In Signo manus Adanaldus filio quond. Gresolfi rogatus testis.*

Albertus Notarius, & Iudex scriptor post tradita complevit feliciter.

In calce antigraphi huius Instrumenti memoratus Abbas *Nardius* adnotavit, isthuc ipsum Instrumentum ἀρχέτυπον in supra dicto Archivo adservari, iisdem soloecismis, & barbarismis scatens, qui in ἀπογράφῳ leguntur. Ceterum etiam ab Abbate *Ignatio Guiduccio* exscriptum fuisse; sed quum ille scriptionem antiquam penitus non comprehenderet, minus sincere transcripsisse; quod contigit etiam Abbati *Benigno Davanzatio*, quum in huiusmodi membranis evolvendis minus exercitatus fuisset. Hoc Diploma ab *Ammirato* laudatur, & ab eo suae, ut diximus, historiae perperam initium facit. Quum autem in codice MS. semper cum laude memorandi Abbatis *Nardii* quaedam Instrumenta horum temporum occurrant, quae quidem ad Guidones Comites non attinent, sed tamen ad Coenobium Strumense pertinent, & eamdem materiam complectuntur, in eorum antiquitatis gratiam huc transferenda censui

fui ; funt autem quae fequuntur diverfo ab aliis charactere defcripta . *Lamius*.

„ In nomine Domini Anni ab incarnationi Do-
„ mini noftri Iefu Chrifti Salvatori , decimo pos
„ mille menfe Martio Indictione octava . Manifeftus
„ fum ego Martino filio Leoni , fecundum conve-
„ nientia noftra quia per anc cartula vindo &
„ trado in monafterio Sancti Fideli quod eft confti-
„ tutus in loco Strumi ideft integram medietate de
„ una petia de terra cum cafa , & vinea & pomis
„ & arboribus fuper fe abentes infra territorium de
„ Plebe Sancte Marie fito Buiano in cafale Tegano in
„ loco qui dicitur Vingua Antunini per defignates lo-
„ cas quia de una parte eft amembrata ad terram
„ Gariprando filio bon. mem. Tezano , de alia par-
„ te eft terra que fuit quondam Grifoni , de tertia
„ parte terra que dicitur Vvimiloli , de quarta parte
„ Valle que dicitur Mufcari , & eft menfurata ad
„ perticas legitimas de pedis duodecim ; ab omne
„ circuito funt pertice feffaginta e cinque , ideo
„ fta petia de terra cum cafa , & omnia fupra
„ fe , & infra fe habentes in integram medietatem
„ vindo , & trado Monafterio Sancti Fidelis de u-
„ na petia de terra iuris mee in cafale Tegario in
„ loco qui dicitur Claufura per defignata loca , de
„ duo parti eft terra Griffoni filio quondam Griffoni ,
„ de tertia parte eft terra Santi Donati ; de quar-
„ ta parte eft terra que fuit Leopardo Presbitero ,
„ & eft menfurata ad perticas legittimas de pedis
„ duodecim ; ab omni circuitu funt pertice vinti &
„ cinque pro pretio foldorum fefsaginta a te Petrus
„ Abbas , ego Martinus venditor , &c.

„ Adal-

,, Adalbertus Notarius , & iudex scriptor post
,, tradita complevi feliciter.

,, In nomine Domini Anni ab incarnationis
,, eius septimus decimus post mille , Einrigo gratia
,, Dei magnus Inperator augusto , anni Imperii
,, eius quartus , mense Decembri Indictione prima
,, feliciter.

,, Manifesti sumus nos Gresolso filio bon. mem.
,, Teuderico qui Teuzo clamatus , & Ghisda iugali-
,, bus , & Gherardoqui Rocculo clamatus , filio bon.
,, mem. Rainerii , & Teudelinda iugalibus. Nos qui
,, supra Ghisla , & Teudelinda per consensum ,
,, & dant nobis licentia suprascripti Gresolso , &
,, Geraldo domini vir iugalis , & mundualdi nostri
,, seo & cum Albertus Notarius , &
,, Iudex per quem ab ipso iudex interrogate sumus
,, quia nulla violentia patimur , dicimus nisi nostra
,, bona , & spontanea voluntate a comuniter nos
,, qui supra anc cartula venditionis , vendimus , &
,, tradimus tibi Petro Abbate , & Custode ecclesia ,
,, & Monasterii Sancti Fidelis , quod est constructum
,, infra comitatu Aritio , infra territorio de Plebe
,, Sancte Marie sito Buiano , in loco qui dicitur Sru-
,, mi , ad iura & proprietate ipsius Sancti Fidelis in
,, perpetuum possidendum idest integram medieta-
,, tem de curte , & casis seu donnicatis & rebus illis ,
,, sicut fuerunt bon. mem. genitori meo quoi supra
,, Gresolso infra comitato Florentino , & Fesolano
,, infra territorio de plebe Sancte Marie sito Stagia
,, in casale Papiano , & in campage in Munciola ,
,, & in Purciaia ubi dicitur Campo Domnico . Ideo
,, su-

" supradicta curte, & domnicatis seo fortis, & re-
" bus massaritiis cum casis mura de nostris rebus
" ibique est ecclesia illa ibi quo supra est edificata in
" honore Sancti Stephani , & Sancti Silvestri , &
" Sancti Donati , seo in china , & decursibus a-
" quarum seo edificiis , & solamentis curtis, or-
" tis nostris, vineis, pratis , campaniis, pasculis,
" silvis, salectis, cultis rebus , & incultis, divisum,
" & indivisum, movilibus, & immovilibus omnia,
" & in omnibus ubicumque per loca , & casalia,
" vel vocabulis & pendiciis de supposita curte, &
" domnicatis seo fortis , & rebus ad ipsa curte ,
" & domnicatis vel ecclesia , seo nostre est perti-
" nentes, aut pertinere debentur, sicut superius le-
" gitur, ubicumque esse invenitur, cum omnia su-
" per se, & infra se abentes in integram illam
" medietate sicut fuit supradicto Teuderico ienito-
" ri meo qui supra Gresolfo, & ienitrice mea, & ti-
" bi qui supra Petrus Abbas, ad iura ipsius Sancti Fi-
" delis ad proprio in perpetuum possidendum, ven-
" dimus , & tradimus, pretium vero supradicte
" venditionis nostre , recepimus nos supradi-
" cti iugalibus venditori da Leo Abbate, & Ge-
" rardo Monacus, ad vice tua qui supra Petrus
" Abbas inter ariento, & alia mobilia in valiente
" pro libras viginti , finito pretio tantum , & su-
" pleti sumus , & quod fieri non credimus, si for-
" sitan nos supradicti iugalibus venditores , vel
" nostri eredes, aut summissa persona quam nos
" miserimus , vel cum qualivet nostro factum ve-
" niat per quolivet ingenio , cui nos aut ipse su-
" pradicto ienitori dedissemus quo tibi quos Petrus
" Abbas vel a tuis posteris successoribus ipsius mo-
" nasterio , in aliquot vobis exinde contradire
" aut

" aut retollere vel minuare aut in qualivet alias
" causationis mictere presumpserimus, & eas nos
" vobis da qq. & consortibus nostris vel ab om-
" nibus ominibus masculo, & femina, in inte-
" grum non defensaverimus, aut defendere non
" potuerimus, tunc dupla tanta & tale supradicta
" vendictione nostra, qualis tunc ipsi ainventa fue-
" rit, sicut in tempore fuerit meliorata, cum omni-
" bus edificiis suis super se, & infra se abentes i
" omnia sub estimatione ibique in propinquo, &
" in consimilibus locis, de nostris propriis rebus
" vobis duplum restituere, & persolvere debeamus,
" & si vobis opportunum fuerit, licentia, & pote-
" state, abeatis cum ista cartula causa exinde a-
" gendum, responsum redendum, finem faciendum
" usque ad vera lege perducendum, qua melius po-
" tueritis ad proprietate ipsius Sancti Fidelis aben-
" dum.

" Actum a Sancta Grata seu Munte Veclo
" eunte de Cerro iudicaria Florentina feliciter.

" † Signo manu supradicti iugalibus Gresol-
" fo, & Ghislda, & Gherardo, & Teudelinda
" vinditori, qui anc cartula vendictionis sicut super
" legitur fieri rogaverunt.

" † Signo mano Leo filio Anselmo rogatus
" testis.

" † Signo mano Teuzo filio bon. mem. Rai-
" naldo rogatu teste.

" Ego Adalbertus Notarius & Iudex ut supe-
" rius interfui & anc cartula scripsi, & post tra-
" dita complevi feliciter.

" In

„ In nomine Domini Anni ab Incarnationis „ eius vigesimo primo pos mille , & Inrigo gra- „ tia magnus Imperator Augusto Anni Imperi eius „ septimo mense Februario indictio quarta felici- „ ter.

„ Manifestus sum ego Dominico Desparina „ filio bon. mem. Rossinda quia pro Dei timore, „ & anime mee & parentum meorum per anc „ cartulam iudicatis, iudico, trado, atque confir- „ mo ad proprietatem abendum, & perpetuo iure „ possidendum ad usum, & servitium Fratrum „ Monachorum, qui in eodem loco, Deo, & San- „ cto Benedicto militaverint, Ecclesie & Monasterio „ in Comitato Aritino infra Plebe Sancte Marie, „ sito Buiano, in loco ubi dicitur Strumi, & est „ dedicata in onore Sancti Martiris Fidelis quem „ bon. mem. Teudegrimo Comes suis propriis re- „ bus pro amore Dei statuit & pro redemtione a- „ nime mee, & Teuze nostre coniugis & paren- „ tum meorum iudico trado atque confirmo integre „ una petia de terra nostra infra territorio de „ plebe Sancte Marie sito Partina in Casale Spari- „ na in loco ubi dicitur al Poggiolo dal Prato „ cum vinea super se abentes per designata loca, „ da una parte fossato, &c.

„ Actum in loco ad monasterium Sancti Fidelis „ Iudicaria Aritio feliciter.

In nomine Domini Iesu Christi Anni ab Incarnatione eius vigesimo nono pos mille, & anno Imperii Domini Cunradi Imperator augusto secundo, mense Martio, Inditione duodecima.

Et

Et ideo Christo auctorem Ego quidem Wido Comes filio bon. mem. Tegrimi qui fuit Comes quia pro Dei timore, et remedium anime mee, et remedium genitori et genitrice mei, seu etiam pro remedium anime Ymilde que fuit conius mea, quia per anc cartula iudicati mei, a presenti die, dare, et iudicare, et offerre, adque confirmare providi in Ecclesia sancti Fideli, que est posita in loco qui dicitur Strumi qui pertinet de Monasterio meo Sancti Fideli quod est constructo super fluvio Arno in poio quod est iusta Castello meo qui dicitur Strumi, idest omnia illa Decima mea donnicata que est Curtis mee que sunt posite in loco Casentino, idest Curte mea de Strumi et Curte mea de Porciano, et de Vada, et de Curte mea de Cerrita, et de Curte mea de Lonnano, seu, et etiam in predicta Ecclesia Sancti Fideli omnia illa decimationem quantacumque de amodo in antea, cum Dei aiutorio, eam tradere potuero, infra toto circuito Casentino, sicut super leitur, et de donnicato de predictis Curtis de fructis, et vineis, sive de terris, seu et decima quod Christianus homo decima dare debet, omnia illa decimatione, quomodo superius legitur in integrum, in ipsa Ecclesia Sancti Fidelis confirmo, ad abendum, tenendum usque in sempiternum, in tali vero tinore ut ipse Abbas, qui pro tempore fuerit de illo Monasterio meo Sancti Fidelis quod est prope illo Castello de Strumi, omnem illam decimationem quod superleitur in impendia ospitum, pauperes, et pelegrinis, distribuere debeat, in eo vero tinore, ut per singulos dies, duodecim ospites ibidem ad ipsa Ecclesia reficiantur. Et si presumpsero Wido Comes vel meis filiis eredibus aut alium qualibet hominem decimam illam decimatione quod superius lei-

leitur ad ipsa Ecclesia subtraere aut minuare voluerimus, vel si fecerimus, et non emendaverimus, quod oc fecerit, habeat maledictione da Deum Patrem omnipotentem et da Angeli et Archangeli, Tronis, et Dominationes, et da viginti quatuor Seniores, et cum Iuda societatem abeat et post maledictionem acceptam anc cartula iudicati in suo robore permaneat, etc.

Actum ad Monasterio Sancti Fidelis prope Strumi.

Signum manus predicti Widi Comitis qui hanc Cartula iudicati sicut super leitur fieri rogavit.

Ego Rodulfo iudex donni . . .

Ego Sighefredus rogatus testis.

Ego Rodingo Notarius scriptor post tradita complevi.

Ammiratus hoc Instrumentum vidit, sed ex eo intelligere non potuit an Imilda esset coniux, vel mater Widonis; quod tamen vehementer miror, quum Wido Tegrimi filius fuerit; Tegrimi autem uxor Gisla, adeoque Widonis Mater. Sed *Nardius* perspicacissimus recte *Conius* legit; quod *Ammiratus* ex alio Instrumento deducere opus habuit. Solemne vero antiquis fuit per diras atque imprecationes ab iis conventis ac pactis, aliisque, quae ipsi statuissent atque confirmassent, violandis audaces iniquosque homines deterrere; id quod isthuc ipsum instrumentum aperte probat, atque aliud, quod superius *pag.* 320. productum est. Instrumentum pariter, in cuius fine similes imprecationes adponuntur, etiam ad *Chronicon Pontificum Leonis Vrbevetani pag.* 165. protulimus; & id omne, non tam po-

potentiae defectu, & quod paenas inrogare non possent, quam quod religionis quoque iniectae fraeno facilius improbos coerceri persaepe cernerent, facile mihi persuadeo. Nam & Bonifacius Marchio, & Comites Guidones, qui ea damna, atque infortunia, imprecantur, magna per ea tempora in Italia potentia & auctoritate pollebant. Id forte sensit & Plato, ubi censuit; Etsi inferi, atque manes, & supplicia secundum obitum ex impiis exigenda, fabulae essent; tamen ea praedicanda, & adserenda esse, si eorum metu homines ab improbe & inique factis deterreri posse videantur. Tanta vis religionis est, tantumque ea merito humanos animos occupat atque altius penetrat. Hinc ea dicitur *Lucretio*

Horribili super adspectu mortalibus instans;

Virgilius autem canit:

Iam tum relligio pavidos terrebat agrestes:

Quod tamen recto sensu accipere debemus, & huiusmodi terrorem salutarem adgnoscere. In antiquis Christianorum Sepulcris, & Epitaphiis, quoque similia ἀρατικά, ut *Sextus Empiricus* vocat, reperio. Ecce apud *Reinesium Clas. XX.* inter Monumenta Christianorum:

QVISQVIS
HOC SVSTVLERIT
AVT LAESERIT
VLTIMVS SVO
RVM MORIATVR.

Et

Et

MALE PEREAT INSEPVLTVS
IACEAT NON RESVRGAT
CVM IVDA PARTEM HABEAT
SIQVIS SEPVLCRVM HVNC
VIOLAVERIT.

Et

IC REQVIESCIT IN PACE DOMNA BONVTA
QVAE VIXIT ANNOS XXXX. ET D. MEA
QVI VIXIT AN. . . . . E ABEAT ANATHEMA
A IVDA SI QVIS ALTERVM OMINE SVPER
POSVER. . . . ANATHEMA ABEAS DATRICENTI
DECEM ET OCTO PATRIARCHAE
QVI CHANONES
EXPOSVERVNT. ET DA SCA. XPI. QVATVOR
EVANGELIA.

Et quidem hanc CCCXVIII. Patrum Nicaenorum damnationem implorari etiam in quibusdam antiquis Inſtrumentis vidiſſe me memini; tanta ſemper fuit primi illius concilii veneratio, in quo &

X Chri-

Christo divinitas adserta est, & impius Arius damnatus & anathemate perculsus. Sed & Ethnici ipsi, ut a violandis sepulcris suis alios deterrerent ἄρας huiusmodi interdum adscribebant. Ecce specimina ex *Reinesio Clas. XVII.*

C. IVLIVS C. L.
BARNAEVS
OLLA EIVS SI QVI
OVVIOLAVIT AD
IFEROS NON RECIPIA
TVR.

Ex *Fabretto Cap.* II.

LAESERIS HVNC TVMVLVM
SI QVIS IN TARTARA PERGAS
ATQVE EXPERS TVMVLI
LAESERIS HVNC TVMVLVM.

Hic inferendum fuisset instrumentum quoddam anni 1004 cuius initium *In nomine Domini nostri, &c. Manifestus sum Ego Wido Comes, &c.* Sed quum illud ad *Chronicon Imperatorum Leonis Vrbevetani* pag. 146. iam protulerimus, modo lubenter omittimus, nisi quod monemus in ea lacuna, quae in medio punctis inscriptis hiat, legendum esse *Teuto*; quare ad aliud producendum progredimur.

In

In Dei nomine. Breve recordationis promissionis et convenientiae qualiter factum est in presentia bonorum hominum Bonuti . . . . . et Gherardi qui Caput in Sacco vocatur . . . . . et Vgonis filii bon. mem. Ioannis.

Ego Wido qui Marchio vocor, filius Widonis Comitis, una cum consensu ipsius patris mei pro timore Dei, et remedio anime mee, et anime Tegrimi quondam fratris mei, illam cartulam, quam iam dictus Wido pater fecit Ecclesie Sancti Fidelis, sita in loco Strumi pro anima iam dicti Tegrimi, de tota et integra medietate de tota Curte de Porciano ipsam cartam laudo, et confirmo, bonam, et veracem, et legibus factam esse dico, et stabilem eam reddo, et ipsam cartulam cum rebus cunctis, que in ea leguntur, spondeo et promitto tibi Andree Abbas, ipsius Monasterii Sancti Fidelis, tuisque successoribus in perpetuum; Ego Guido & heredes mei, quod si unquam in tempore presumpserimus adversum vos prenominati rectores iam dicte Ecclesie agere, & causare, vel molestare, & tollere, seu in aliquo modo litigare per nos, vel per aliqua nobis suppositam personam, aut si ipsam cartulam aliquo modo corrumpere vel falsare aut dicendo etiam quod falsa sit, & si omni tempore ita ut ipsa cartula legitur per omnia non observaverimus, et non wierentaverimus, et non defensaverimus, tunc dare et componere debeamus, et componamus ego Wido et heredes mei tibi iam dicto Andree Abbati, tuisque successoribus, penam auri optimi libras centum, & post penam solutam maneat ipsa cartula, et hunc scriptum in sua firmitate unde hunc scriptum promissionis Ioanni Notario sicut supra legitur ad complendum tradidi, et scribere rogavi.

Actum est hoc anno Dominice Incarnationis centesimo post mille, mense Aprilis Indictione hoctava feliciter.

Signum manus dicti Widonis qui consensit, et manum suam scribere rogavit.

Signum manus supradicti Widonis qui hunc scriptum scribere rogavit.

Ego Ioannes Notarius sacri Palatii scripsi hunc scriptum, et post traditum complementum inposui, et subscripsi.

In Christi nomine. Breve securitatis, ac firmitatis pro futuris temporibus ad memoriam abendam vel retinendam, qualiter factum est in loco Strumi in presentia Ioannis filii quondam Aczoni, et Ardimanni filii olim Vgonis, et Vgolinus filius quondam Aczonis, et alii plures, in eorum presentia.

Guido Comes filius quondam Guidonis Comitis hoc firmavit et stabilivit ad Ecclesia et Abbadia Sancti Fidelis sito Strumi, et ad Angelo Abbas suisque successoribus, omnia integra ipsa terra, et res quas, Ioannes filius quondam Alberti, per cartulam offersionis fecit ad Sanctam Ecclesiam Sancti Fidelis, et insuper obligavit pro se, et pro successoribus heredibus, contra predictam Ecclesiam, vel contra Rectorem ipsius Ecclesie de predicta terra ab hac ora in antea voluerit agrevisare, tollere, contendere, contradicere, intentionare, vel minuare, et omni tempore taciti, et contenti non exinde permanserint, ut componi-

nituri, et daturi esse debeant ipse Guido Comes, et suos heredes, ad predictam Ecclesiam, vel ad Rectore ipsius Ecclesie pena numero de bonis denariis de Luca, solidos centum.

Actum est hoc in presentia de iam dictis hominibus anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo quintodecimo inperante Henrico Rege Imperatore Romanorum Augusto, mense Iulio Indictione octava feliciter.

Ego Ildibrandinus Notarius qui ibi fui, & hunc Brevem scripsi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab Incarnatione eius centesimo tricesimo primo post mille Mense Ianuario, Indictione nona feliciter.

Profiteor ego Imillia Comitissa, & Wido Comes filius bon. mem. Widonis Comitis, qualiter bona ac spontanea voluntate, vendimus, & tradimus Sancte Dei Ecclesie consecrate ad onorem Sancti Fidelis in loco Strumi, ubi modo Angelus Abbas preesse dignoscitur, hoc est quod habemus ad donicatum in Sancto Paulo de Stia popline, videlicet colonos cum eorum tenimentis, ubicumque inveniuntur, & quod nobis pertinet de tenimento Widonis de Classe, & de tenimento Godoli surdi in anteriora vel ubicumque inventum fuerit, excepto quod est datum in Feudo militibus; prenominatas itaque res cum earum finibus atque decernentiis, & cum omnibus earum accessionibus, & cum omni iure predictorum, in integrum nos suprascripti Imillia, et Wi do, supradicte

Ecclesie Dei Sancte, vendimus et tradimus, et per hanc cartulam exinde Dominum Abbatem investivimus, ac te Rainerium de Walta eiusdem Ecclesie actorem vice Sancti Fidelis in possessionem misimus, exinde autem recepimus pretium, libras quadrainta finito pretio sicut nobis placuit quatenus a presenti die suprascripta Sancta Dei Ecclesia habeat et teneat firmiterque possideat iam dictam nostram venditionem sine omni nostra supradictorum venditorum, vel nostrorum heredum contradictione, et per nostram plenissimam largitatem; quod si in aliquo exinde eam molestare presumpserimus contendere vel minuere per placitum aut extra placitum fatigare per nos aut per sumissam a nobis personam, tunc obligamus nos nostrosque filios, & heredes prefate Dei Ecclesie componere ipsam nostram venditionem in duplum, sicut in tempore fuerit seu apparuerit meliorata sub estimatione pretii; unde hoc scriptum scribere rogavimus.

Actum Strumi feliciter.

Signum manuum supradictorum venditorum Imillie & Widonis qui hoc scriptum scribere rogaverunt.

Signa manuum Drudoli filii olim Vgonis, & Widolini de Ripole, & Gottuli de Florentia, & Ardimanni de Fronzola, atque Vgonis Palmole rogatorum testium.

Ego Vgo Notarius scripsi & conplevi.

In Nomine Domini Nostri Iesu Christi Anno ab Incarnatione eius MCLXXXV. mense Decemb. Indict. III.

III. fel. Christo auctore, regnante Frederigo Rege, & semper augustus. Manifestus sum ego Wido Comes filius bon. mem. Widonis Guerre Comitis, quia pro amore Dei, & remedium anime mee, & parentorum meorum, do, & offero, & trado Deo, & Ecclesie Sancti Fidelis sito Strumi, ubi Dominus Placidus modo Abbas Deo servire, & preesse videtur, videlicet integre totum tenimentum, quod Rodulfinus quondam Rodolphi de Laterino pro me habuit & tenuit, vel aliquis pro eo, quatenus a presente die habeant rectores, qui modo sunt eiusdem Ecclesiae aut deinceps erunt, ut exinde faciant quidquid facere voluerint sine omni mea supradicti Widonis Guerre vel meorum heredum contradictione, & per nostram plenissimam largitatem, ut quidquid a nobis inde factum fuerit firmum, & inrevocabile permaneat semper. Quod si in aliquo tempore exinde prefatam Dei Ecclesiam molestare presumpserimus, ego vel mei heredes retollere vel contradicere, vel alienare, vel ad nullam aliam personam hominum masculi vel femine dare & si placitum vel extra placitum fatigare, & si ab omnibus non defenderimus, si defendere potuerimus, & non defensaverimus, tunc in duplo tantas, & tales res quales tunc ipse fuerint aut valuerint sub estimatione nostrarum similium rerum eidem Ecclesie restituere, & persolvere debeamus, & componamus, & si opportunum fuerit licentiam habeatis una cum cartula ista finem ponendum, responsum reddendum, & usque ad veram legem perducendum. Vnde hanc cartam ad complendum tradidimus, & scribere rogavimus. Actum Prato veteri fel.

† *Signa manus Comitis Widonis Guerre qui hanc cartulam fieri & scribere rogavit fel.*

 † *Si-*

† *Signa manuum Spinelli filius bon. mem. Rigeppi & Guidingi filius, quondam Orlandini, & Aldibrandini filii quondam Vmete, qui hanc cartam fieri scribentes rogaverunt fel.*

Ego Guarnerius Notarius hanc cartam scripsi, & complevi feliciter.

Et huius quidem instrumenti membrana archetypa perpulcro charactere exarata in praedicto Sancti Fidelis Archivo, D. Littera notata, adservatur, ut alia. Hic autem observandum duos fuisse Guidones Guerras, unum, patrem huius Comitis Widonis, cuius mentionem fecimus in nostra *Synopsi Chronologica ad annos* 1100. *&* 1156.; alter autem videtur nepos prioris fuisse, & eum commemoravimus in eadem *Synopsi* ad *annum* 1207.

In Dei nomine Amen. Anno Dominice Nativitatis millesimo ducentesimo trigesimo nono. Indictione duodesima, die . . . . . . Gregorio Papa IX. residente Friderico secundo Romanorum Imperatore imperante. Omnibus clareat hanc paginam audituris quod Domina Comitissa Ioanna, clare memorie Domini Comitis Guidonis in Tuscia Palatini relicta, & . . . . Comitum Guidonis, & Symonis pupillorum suorum filiorum, & olim dicti Comitis Guidonis, & Vbertinus olim Domini Gherardi eiusdem Domine Comitisse tutricis contutor, ut de tutela eorum manu mei Notarii infrascripti constat, tamquam dictorum pupillorum tutorio nomine pro eis, et dicta Comitissa

tam-

tamquam Domina potestaria, & usufructuaria bonorum olim dicti Comitis pro ipsi . . . . et suorum peccatorum remedio cum infrascripto Piero Cavaloro cum eius familia, et tenimento de iure ut dicebatur spectare ad Monasterium Sancti Fidelis de Poppio, ubi corpus patris dictorum pupillorum erat tumulatum, dederunt, reddiderunt, tradiderunt, statuerunt, finierunt, refutaverunt, et pactum de non ulterius plus petendo fecerunt, et modis omnibus renuntiaverunt Domino Ioanni Abbati dicti Monasterii recipienti pro ipso Monasterio et pro se, et suis legitimis successoribus, predictum Pierum Cavalorum omni sua familia filiis et filiabus, et cum eius resedio, et toto suo tenere et podere, et terris, et bonis, et rebus suis omnibus et singulis positis in plebatu Vadi loco dicto Ontanato, et ubicumque alibi, et alibi, et sicut sunt et exstant per loca et vocabula cum eorum nominibus et confinibus, et cum omnibus servitiis, et redditibus, opibus, pensionibus, datio, albergariis, exactionibus, usariis, et obventionibus, et omnibus et singulis quas quos et que facit, dat vel reddit, seu facere vel prestare solitus est vel debet aut consuevit ipse vel eius antiqui iure vel usu, iuste, vel iniuste, vel aliquo alio modo, reali vel personali actione una cum omnibus, quae supra, et sub . . . . et continent, et cum omni iure et actione usu requisitione dictis pupillis vel alter eos vel eorum occasione adversus dictum Pierum, et eius familiam, et filios, & filias, & eius residium & tenimentum et alia sua bona pertinentibus, et competentibus, quatenus deinceps possit dictus Abbas, et eius successores pro dicto Monasterio dictum Pierum, cum eius familia, et resedio, et podere, et tenimento, et cum omnibus

bus et singulis supradictis , et omnia et singula predicta libere et expedite habere , tenere , vendere , alienare , eis uti et frui , et exinde agere excipere experiri , et omnia et singula utiliter que sibi placere placuerit pro ipso Monasterio , sine molestia , et contradictione dictorum pupillorum , et suorum heredum , et etiam dictorum tutorum , et obligantes se et dictos pupillos et eorum heredes , & bona omnia , ad hec omnia & singula facienda et observanda permiserunt dicto Abbati recipienti pro se , & successoribus & pro dicto Monasterio , dictum Pierum & eius familiam , & eius descendentes , & eius resedium & tenimentum deinceps non tollere , & non molestare de predictis , vel aliquo predictorum dictum Monasterium vel alium pro eo ; sed ipsi , & dicti pupilli , & eius heredes , de predictis stabunt semper taciti , & contenti , & dictum Monasterium sit inde semper securum & quietum ; & permiserint ei se & dictos pupillos nihil contra hanc datum vel factum habere : & quod in futurum non dabunt nec facient nostra hac , per se vel aliam personam ab eis submissam ullo modo ; sed ab omni persona dicti Pieri & eius descendentium , & de resedio et tenimento eius et servitiis molestare , et dictorum pupillorum expensis , & suorum heredum in iudicio et extra pro eorum et dictorum pupillorum et suorum heredum dato et facto tantum pro tanto defensare promiserunt , et in omni causa et eventu litis , et questionis inde mote ; alioquin si dicta omnia et singula in singulis , dicti tutores , et dicti pupilli , et eorum heredes non observaverint , et fecerint , aut si aliquam exceptionem vel defensionem iuris vel facti contra hanc opposuerint , promiserunt dicti tutores , tutorio nomine pro dictis pupillis , et eorum nomine dare , et

sol-

ſolvere tunc pro pena duplum , et inſuper libras viginti quinque bonorum denariorum Piſanorum et omnia dampna & expenſas integre reſarcire & emendare et hunc contractum , et omnia que in ea continentur rata et firma habere et tenere promiſerunt , ſub obligatione poteſtatis , et perſone plus eosdem pupillos , et eorum heredum et bona cogere potentis , renuntiantes exceptioni non celebrati contractus , et omni alii legum et conſtitutionum auxilio ſibi , et dictis pupillis in hac cauſa competentibus .

Actum Puppio in Eccleſiam dicti Monaſterii in preſentia Domini Rodulfi olim Montancolli de Cetica , Guidonis quondam Luttierii Vicecomitis in Caſentino dictorum pupillorum , Venturini de Cremona , Tebaldi filii Tebaldi de Glanzolo , et aliorum multorum ad hoc teſtium rogatorum .

Ego Iunta olim Anſelmi imperiali auctoritate Iudex et Notarius predictis dum agerentur interfui et rogatus praedicta ſcripſi , et publicavi .

Quum tam multa bona terrena Eccleſiae Sancti Fidelis donata viderimus , lubet , ut Typographi commodo conſulamus , Breve quoque heic inſerere , quo eidem Eccleſiae ſpiritualia privilegia conceduntur , Indulgentia videlicet dierum quadraginta ; nam antiquis temporibus parce admodum huiuſmodi indulgentiae conceſſae fuiſſe videantur . Epiſtola eſt , quae ſequitur , ex Archivo eiusdem Strumenſis Coenobii eruta .

„ Vniverſis Chriſti fidelibus preſentes litteras in-
„ ſpecturis . Nos fratres Egidius Dei gratia Patriar-
cha

,, cha Gradensis , & Landonus Nolanus , Nicolaus Capritanus, Nicolaus Semensis , Stephanus Oppidensis , Landulphus Brixinensis , Tomasius Coronensis , frater Thomas Salvinensis , frater Iacobus Chalcedoniensis , Paschasius Conchensis, fratrer Nicolaus Turibulensis , & frater Maurus Ameliensis , eadem gratia Episcopi , salutem , & sinceram in Domino caritatem. Sanctorum meritis inclita gaudia fideles Christi assequi minime dubitamus, qui eorum patrocinia per condigne devotionis ossequia promerentur, illum quoque venerantur in ipsis, quorum gloria ipse est , & retributio premiorum.

,, Nos igitur ad consequenda predicta gaudia causam dare Fidelibus cupientes , omnibus vere penitentibus & confessis, qui ad Ecclesiam Sancti Fidelis Monasterii de Puppio Aretine Dioecesis in singulis festivitatibus Beate Marie semper Virginis , & ipsius Sancti Fidelis, Sancti Michaelis Arcangeli , & Sancti Ioannis Evangeliste , quorum altaria sunt in dicta Ecclesia per venerabilem patrem Dominum Episcopum Fesulanum honorifice consecrata , in festo Nativitatis , Resurrectionis , & Ascensionis Domini , & Pentecostes , & Sancte Lucie , & in Dedicatione ipsius Ecclesie , & dictorum Altarium , ac in prima die Dominica mensis Maii, & octo diebus Dominicas festivitates immediate sequentibus , cum devotione accesserint annuatim , & manum porrexerint adiutricem , vel quomodolibet de bonis ipsorum pro fabrica , luminariis, structuris , & aliis dicte Ecclesie & Altarium ornamentis dederint vel miserint , seu in extremis legaverint , de omnipotentis Dei misericordia , & Beatorum Pe-

,, Petri, & Pauli Apoftolorum, eius auctoritate con-
,, fifi, fingulis annis pro quolibet Altarium fupradi-
,, ctorum XL. dies de iniunctis penitentiis mifericor-
,, diter in Domino relaxamus; dummodo ad id Dioe-
,, cefani voluntas acceſſerit & confenfus. In cuius
,, rei teftimonium noftra figilla duximus prefenti-
,, bus apponenda.

,, Datum Anagne anno Domini millefimo ducen-
,, tefimo nonagefimo nono menfe Iunii Pontificatus
,, Domini Bonifatii PP. Octavi, anno quinto.

In nomine Domini Amen. Ego Donnus Iacobus Mona chus Abbatie Sancti Fidelis de Strumis, collata in me poteſtate eligendi Abbatem in dicta Abbatia de Strumis, a capitulo prefate Abbatie de Strumis, ad laudem et honorem fummi omnipotentis Dei, Beate Marie Virginis, Beati Fidelis Martiris patroni noſtri, et omnium Sanctorum, et ad honorem et reverentiam Summi Pontificis, et Venerabilis patris Abbatis, et totius Congregationis Vallis Vmbrofae, et illuſtrium dominorum Comitum Tegrimi, et Guidonis, filii eius Guidonis Novelli, et Symonis, fratrum filiorum quondam illuſtriſſimi Comitis Guidonis, Dominum Ioannem Monachum ipſius Abbatie de Strumis, poſtulando eligo, et eligendo poſtulo in Abbatem, Rectorem et Dominum Abbatie de Strumi.

Facta fuit hec electio in Abbatia de Strumi, coram Altari Sancti Fidelis Martiris in coro ipſius Eccleſie preſentibus illuſtri comite Symone, Domino Guelfucio Aretino, Rodulfino Notario de Formezon, Gorello de Kianzolo, Guilielmetto Pecoralo, Guidokecza et Venturino, et aliis clericis et laicis. Anno Domini MCCLIII.

MCCLIII. Indict. XI. Innocentio PP. residente Imperio vacante VIII. die exeunte Iulio.

Ego Boddus Imperiali auctoritate Notarius, predictis omnibus interfui et rogatu dicti Donni Iacobi electoris scripsi et publicavi.

In Dei nomine amen. Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo Indictione sexta pridie Kal. Decembris. Clareat omnibus evidenter quod ad postulationem, & requisitionem honesti, & religiosi viri fratris Thomae de Papia, Ordinis Fratrum Minorum, nunc in Conventu Civitatis Florentie existentis, illustris & magnificus vir Dominus Comes Simon Dei gratia in Tuscia Palatinus, pro remedio anime sue, suorumque parentum, & ad hoc ut Deus omnipotens Iesus Christus sibi domino Comiti misereatur, quando ad futurum seculum de hoc seculo transierit, inter cetera que dixit, & fecit prefatus dominus Comes Simon voluit atque iussit & promisit pro se suorumque heredum bona monasterii Sancti Fidelis de Strumis de Popio Ordinis Sancti Benedicti, & Vallumbrosane Congregationis & praefatum Monasterium non molestari neque iniuriari, & ab omni persona, & loco pro se suisque heredibus manutenere, & defendere, promittens michi Boninsegne Notario ad istantiam ipsius Fratris Thome non revocare, neque contravenire aliquo modo, iure, vel causa. Item voluit, dixit, & iussit, quod eidem Monasterio, & Abbati vel eorum Sindico Procuratori vel alteri pro eis, & eorum vice, & nomine reddantur, & restituantur de domibus vel terris vel de aliis, & in aliis suis bonis liberis trecen- ta

to quinquaginta Florenorum partis , vel de bonis suis immobilibus vel mobilibus , quos denarios dixit , & confessus est dictus Dominus Comes Simon se habuisse , & percepisse , seu dampnificasse , vel dampnificari fecisse de ipsis bonis Monasterii antedicti , promittens ipse Dominus Comes Simon ad instantiam prenominati Fratris Thome michi Notario infrascripto recipienti pro dicto Monasterio , & Abbate , se contra predicta vel aliquod predictorum nichil datum , aut factum habere , neque fecisse seu dare vel facere in futurum aliquo modo , iure , vel causa , sed dicta omnia , & infrascripta perpetuo firma , & incorrupta tenere , solempni stipulatione interveniente . Si vero contra predicta vel eorum aliquod per eundem dominum Comitem Simonem apparuerit , aut per submissam personam ab eo factum fuerit , promisit & convenit michi Notario infrascripto recipienti pro dictis Monasterio , & Abbate dare , & solvere pene nomine duplum dictorum denariorum , & dampna omnia , & expensa emendare , & ea de causa resarcire , & post firmum tenere , & observare permisit , & convenit , & insuper dixit , & voluit prenominatus Dominus Comes Simon predictos denarios omnes vel res prenominatas dentur , & convertantur , & expendantur in ornamentis vel aliis necessariis utilitatibus dicti Monasterii , pro quibus omnibus , & singulis observandis , & pro predicta pena exigenda , & solvenda , si omissa fuerit , prenominatus Dominus Comes Simon, iure pignoris , & ypothece obligavit , & tradidit michi Notario infrascripto recipienti pro dicto Monasterio & Abbate , omnia sua bona presentia & futura , iura , & nomina , & actiones que se pro eis constituere precario possidere , & tenere , quatinus si causa petendi predicta , vel aliquod predictorum evenerit

rit, liceat eisdem ipsum pignus, & bona ingredi sine aliqua denuntiatione alicuius iudicis vel Potestatis, & tenere, & possidere, & fructum eorum, nomine pene, loco, sine predictorum diminutione percipere renuntians exceptionibus prenominatus Dominus Comes Simon non celebrati contractus, doli mali, & inscum conditioni sine causa, ex iniusta causa, & insuper doli mali forique privilegio, omnique iure & legum auxilio sibi pertinentium vel competentium. Cui Domino Comiti Simoni volenti, & confitenti predicta omnia & singula sic facere, observare promisit debere, ut superius dictum est, per Cuangiam nomine sacramenti secundum formam Capituli Constitutionum Florentie. Precepi ego Boninsegna Notarius infrascriptus, quatenus ita perpetuo faciat, & firma teneat & observet ut dictum est.

Actum extra muros civitatis Florentie in Villa de Arcetri, in domo Domini Gualterocti de Bardis.

Testes ad hec rogati fuerunt Frater Franciscus de Florentia, & Frater Thomas de Papia ordinis Fratrum Minorum, & Magister Buonaguida Medicus Florentinus, & Iacopinus, & Bonavia fratres, filii Iunte Mercatelli.

Ego Boninsegna Vgonis Domini Bruni iudex de Duomo Notarius hec omnia coram me acta rogatus publice scripsi.

Huius pariter Instrumenti ἀρχέτυπον in Strumensis Monasterii Archivo exstat, & littera *A.* numero 23. notatur.

Il-

Ildebrandinus miseratione divina Episcopus Aretinus, universis Christi Fidelibus tam Clericis, quam laicis, per civitatem & Dioecesim Aretinam constitutis ad quos litterae praesentes advenerint, salutem in Domino sempiternam.

Ad ea populum nobis commissum invitamus libenter, paternaque sollicitudine commonemus, per quae divinae laudis honoretur cultus salutive fidelium proficiant animarum. Et ideo cum in Ecclesia Monasterii Sancti Fidelis de Popio nostre Dioecesis quatuor Altaria, unum videlicet ad honorem & reverentiam Beate Marie Virginis Gloriose, alterum eiusdem Sancti Fidelis Martiris, tertium Sancti Ioannis Evangeliste, & quartum Beati Michaelis Archangeli, per Venerabilem Patrem Dominum Episcopum Fesulanum fuerint consecrata, cupientes illa ob reverentiam dictorum Sanctorum per vos laudabiliter frequentari, universitatem vestram rogamus, & hortamur in Domino quatuor eadem Altaria in eorum sacris, et dictorum Sanctorum festivitatibus, annis singulis visitetis. Nos autem omnibus vere penitentibus et confessis, qui visitationem huiusmodi devote fecerint annuatim quadraginta dies pro quolibet dictorum Altarium de iniuncta eis penitentia misericorditer in Domino relaxamus. Indulgentias omnes & gratias factas, queve de cetero fient per eundem Venerabilem Patrem Dominum Fesulanum, et per alios quoscumque Archiepiscopos, et Episcopos Monasterio prelibato ex nunc de spetiali conscientia, & gratia tenore presentium confirmantes.

Datum Biblene die quinto Iunii, none Indictionis, Pontificatus Domini Bonifacii PP. octavi, Anno secundo.

Ildebrandinus miseratione Divina Episcopus Aretinus Religioso viro Abbati Monasterii de Poppio Ordinis Vallis Umbrose nostre Dioecesis Salutem in Domino.

Porrecta nobis vestra petitio continebat quod domus & habitationes hospitalis de Popio, adeo sunt inepte quod hospitalitatis benefitia in eisdem pauperibus Christi ad illud confluentibus non possunt commode ministrari. Quare cum ad illarum refectionem, & reparationem ac gubernationem hospitalitatis ibi fiende pro reverentia Dei Salvatoris nostri laborare & intendere cupiatis, supplicastis nobis humiliter, ut de credito nobis dono ad illa subsidium aliquod concedere dignaremur. Nos igitur volentes ad hec vota vestra laudabilia confovere vobis recipiendi a quibuscumque personis nostre Dioecesis que pro reparatione dictarum domorum & gubernatione, ac conservatione hospitalitatis ipsius dare voluerint de usuris rapinis & alias illicite acquisitis usque in summam centum librarum usualis monete convertende specialiter in eadem, plenam concedimus auctoritate presentium facultatem, dummodo quibus eorum restitutio fieri debeat fieri non possint nec aliquatenus inveniri. Omnibus insuper vere penitentibus, & contritis, qui ad premissa caritatis opera de bonis sibi a Deo collatis manum porrexerint adiutricem quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer in Domino relaxamus.

Datum Aretii die XXIV. mensis Ianuarii, none Indictionis, Anno Domini millesimo trecentesimo undecimo.

In nomine Domini Amen. Anno Domini Millesimo CCCXV. Indictione XIII. die XVI. mense septembris Re-

Romana Ecclesia vacante Pastore. Cum Vir magnificus Dominus Comes Karolus de Battifolle ex forma pactorum, & capitulorum pacis factę inter commune & populum Civitatis Castelli, seu Syndicum communis, & populi supradicti ex parte una, & commune, universitatem, & heredes Castri Citerne, & eius Curię, seu Syndicum communis, universitatis, & hominum dicti Castri, & eius curie ex parte altera, tenerentur in Kalendis Novembris proximi venturi restituere Guidarello Vderigi de Castro predicto Turrim dicti Guidarelli, & hoc fieri non possit per ipsum Dominum Comitem Karolum propter mortem ipsius, ideo vir prudens Simigliante quondam Berghi de Bersolte, fidelis & familiaris olim dicti Domini Comitis Caroli, & nunc magnifici, & potentis viri Domini Comitis Guidonis de Battifolle patris olim dicti Comitis Guidonis heredum dicti Domini Comitis Caroli, asserens, & affirmans se sic etiam habuisse a dicto Domino Comite Carolo, dictam turrim in custodiam, & pro custodia dicti Castri Citerne, de voluntate, licentia, & mandato dicti Domini Comitis Guidonis, & filiorum suorum heredum dicti Domini Comitis Caroli, restituit, & resignavit dictam turrim, & possessionem eius, dicto Guidarello, & Nutio eius fratri, & Bartolo quondam Gioli, eius nepoti, dans tradens & concedens predictis Guidarello, & Nutio, & Bartolo, claves dicte Turris in manibus ipsorum, qui Guidarellus; Nutius, & Bartolus recipientes, & acceptantes predicta, fuerunt confessi & contenti se habere dictam Turrim, & eius possessionem liberam, vacuam, & expeditam a dicto Simigliante, dante, & restituente, eo nomine, quo supra. Absolventes, finientes, quietantes, & liberantes, dictum Simigliante & heredes dicti Domini

 Comi-

Comitis Caroli a restitutione dicte Turris, & ab omni eo quod tenerentur dicta occasione. Promiserunt, & convenerunt dicto Simiglianti, recipienti, & stipulanti, suo nomine & vice, & nomine heredum dicti Domini Comitis Caroli, nullam questionem, molestiam, querimoniam vel petitionem, de cetero facere vel movere per se vel alium, aliqua ratione vel causa, dicto Simiglianti, vel heredibus dicti Domini Comitis Caroli, vel alteri persone nostre vel occasione dicte Turris, vel alicuius promissionis facte per dictum Dominum Comitem Carolum occasione Turris predicte, volentes, & mandantes expresse omnia, & singula instantia permissionis facte per dictum Dominum Comitem Carolum super restitutionem dicte Turris esse cassa, irrita, & nullius valoris vel momenti & quod ex eis instrumentis nullum ius vel actio oriatur. Que omnia & singula predicti Guidarellus, Nutius, & Bartolus, promiserunt, & convenerunt predicto Simiglianti recipienti, & stipulanti suo nomine, & nomine, & vice heredum dicti Domini Comitis Caroli firma & rata habere, tenere, observare, & contra non facere vel venire per se vel alium aliqua ratione vel causa, sub pena mille Florenorum auri, & refectione dampnorum, & expensarum litis, & extra, & obligatione omnium eorum bonorum, & heredum, & pena soluta vel non, predicta omnia firma perdurent. Renunciantes exceptioni non facte sibi restitutionis dicte Turris, & possessionis ipsius per dictum Simigliante, nomine quo supra, & non facte confessionis, promissionis, & obligationis & rei non sic geste, & omni iure, & legum, & statutorum auxilio contra hec agenti.

Actum in Castro Citerne, in domo Communis dicti Castri presentibus nobile & potente viro Domino

Gua-

Guasta de Radicofano, potente, sapiente viro Domino Guttio de Prato maiori Syndico, & exgravatore; Domino Donodeo iudice vexillifero iustitie, Nero Voglentis, Guidarello hominis Sancti Egidii, Buocho Salvietii, & Ser Beyto Ioboli, Prioribus populi Civitatis Castelli, Domino Tommasio milite sive sotio dicti Domini Potestatis, Maffeo Vgonis, & Ceccho Cordonis de civitate predicta, testibus ad hec habitis & vocatis.

Ego Accharigius olim Bandinii de Colle publicus Notarius, & Iudex ordinarius, et Notarius Reformationum communis et populi dicte Civitatis, supscriptis omnibus interfui, & ea omnia scripsi, & publicavi rogatus.

Huius Instrumenti Archetypon in Archivo Coenobii Strumensis pariter exstat, characteribus elegantibus exaratum. Et haec quidem Instrumenta ad Comitum Guidonum gentem pertinentia eo lubentius protuli, quo magis certum est eorum praesidio tantae gentis historiam augeri, & illustrari, corrigique posse; nam nec ea omnia duobus *Ammiratis*, seniori scilicet & iuniori, visa, ut sunt ea, quae *pag.* 333. & 334. & 338. & 344. & 347. 348. & 349. produximus: quamquam quod *pag.* 338. adlatum fuit, *Borghinius* Scriptor diligentissimus consuluit, eiusque auxilio de anno emortuali Comitis Guidonis Ioannae mariti melius quam *Ammiratus* iudicavit. *Ammiratus* enim adfirmat hunc Guidonem Comitem anno MCCXLI. naturae concessisse, quum in nostro Instrumento scripto anno MCCXXXIX. ille Comes Guido mortuus, & Ioanna vidua, dicantur: quare *Borghinius* hoc anno eum obiisse dicit, quod verum esse potest; notatque Vbertinum illum Gherardi Ioan-

ex voluntate gerebat. Nec minus interea in Lombardia res turbulentiores erant. Nam Ezelinus Manfrediarum partium Princeps omnium poene Transalpinarum Civitatum Dominium occupabat. Deinde quum Tridentinos superasset Guelfos Ecclesiae adhaerentes Brixia expulit. Post Mantuam obsedit. Erant ei in castris praeter Germanos, & Manfredi equites, etiam sociarum urbium auxilia, duodecimque Paduanos quos magis obsidum, quam militum loco habebat, nec eorum opera, nisi necessitas cogeret, utebatur; paremque militum nume-

me-

nae *Contutorem* esse e gente *Pactia de Alliana*. Plurimi autem faciendae sunt duae Epistolae Ildebrandini, alias Bandini, Aghinulfi Comitis Romenae filii, Episcopi Arretini, quae cum *Ammiratis*, tum *Buralio*, & *Vghellio*, in multa de eo Episcopo notitiam parcitate, ignotae fuerunt. Sed multo pauciora *Ammirati* de Carolo Comite Battifollis *Ammirati*, scriptores alias haud incuriosi, noverunt; quare nostratem historiam amantibus Instrumentum illud, quod ad eum spectans exhibemus, non potest non esse gratissimum. Ceterum heic monemus nos superius *pag.* 338. duos tantum Guidones Guerras commemorasse ex nostra *Synopsi*, quum aliorum ea mentionem non faciat; sed vere Guidones Guerras quatuor fuisse, duorumque postremorum, unum ex familia Romenae longe celeberrimum, alterum ex familia Battifollis exstitisse; id quod latius apud *Ammiratos* videri potest. *Lamius*.

merum ei Brixiani, & Vicentini immiserant. Nec pauciora erant Cremonensium, & Placentinorum auxilia, quae Obertus Palavisinius adduxerat. Contra has Ezelini copias Philippus Fontana Ferrariensis Archiepiscopus Ravennae Venetias profectus Cruce contra Ezelinum vulgata cum ingenti multitudine in Paduanum pervenerat. Praeerat ibi Anselmus quidam Ezelini ex sorore nepos. Qui quum videret suburbia a Philippo occupari, fuga saluti suae consuluit. His auditis Ezelinus obsidionem Mantuae solvit; & quum Veronam pervenisset certior factus de casu captae urbis Paduae, dissimulatare Veronam ingressus duodecim Paduanos, quos secum duxerat, caedi iussit. Post in Paduanos profectus, quum nil proficere posse cognovit, re infecta in agro Veronensi reversus consedit.

Eo anno Pisani iuncta cum Genuensibus classe Venetias obsedere eorum littora undique populantes. Iisdem etiam temporibus Praedicatorum, & Mendicantium exhortationibus Guelfi Brixia exsules redierunt, & aliam factionem ad Ecclesiae partes adtraxerunt. Nec deterruit civium animos tam foedum facinus in Paduanos superioribus diebus ab Ezelino grassatum, quo rem ad effectum minus perducerent. Quo e-

tiam

tiam tempore Electores Imperii, quum de electione Regis Romani diutius dissensissent, tamdem duos elegere; alii Alphonsum Castellae Regem (1), alii Richardum Cornubiae Comitem Fratrem Regis Angliae.

Eodem anno Obertus Palavisinius, obmissa Praefectura, Placentiae, & Cremonae dominium adripuit, quem factio Gibellina, quae in Lombardia erat, tamquam eorum Principem sequuta est. Non multo post a Papiensibus, & Placentinis destitutus paulatim sibi priorem populi favorem imminuerat. Et Azzo Estensis Montem Silicis & Calonum Paduani Agri pro Romana Ecclesia subscepit. Albericus Ezzelini frater, qui se eius hostem simulaverat, quemque Obertus Frisanis praefecerat, Paduanos adorsus illos crebris excursionibus infestabat. Eodem anno mense Septem-

(1) Hoc ipsum refert *Io. Villanius Cap. LXXV. Lib. VI.* additque Florentinos misisse ad Alphonsum Castellae Regem Legatos, ut eum contra Manfredum Regem commoverent, multas illi copias promittentes. Inter hos Legatos Brunettum Latini sapientissimum virum fuisse commemorat. Sed antequam Oratores huiusce legationis munus obirent, Guelforum clades contigit ad *Montem Apertum* in Senensi agro; ideoque propositum finem habere Legatio minime potuit. *Mecatt.*

ptembris terraemotus factus est Romae adeo validus, ut campana, quae in AEde Sancti Silvestri sita est, eo impulsu sonuerit.

His rebus cognitis Ezelinus, Obertusque, undique contractis Gibellinorum praesidiis, additis etiam qui novissime Brixia pulsi fuerant, Cremonam occupaverunt, quam propterea Oberto possidendam dedit. Plura etiam Brixianorum oppida subscepissent, nisi eos pugnae studium ab subscepto proposito abstraxisset. Nam ut ii apud Olium fluvium hostes convenisse cognoverunt, ira accensi cum Legati copiis conflixere. In quo praelio Legatum fuisse captum, & eius exercitum fugatum caesumque, memoriae traditum est. Pauci ex fuga evasere. Captus etiam eodem praelio Episcopus Brixiensis cum omnibus paene eiusdem civitatis Guelfis, quos Brixiam postea Ezelinus vinctos adduxit, & a Gibellinis suae factionis auctoribus Civitas illa prodita; Guelfique praeter Ezelini naturam ab eo veniam implorantes obtinuere. His peractis Obertus cum parte captivorum Mantuam se contulit. Ferunt hunc conflictum fuisse anno gratiae MCCLIII. Manfredus postquam de Ezelini successu certior factus est, exhilaratus animo, & gaudio plenus, eum literis hor-

hortatur ad victoriam prosequendam; nihil actum ea victoria esse putaret, quamquam id ingens esset, nisi penitus omnium hostium vires contudisset, mira suae virtutis documenta cum semper alias, tum etiam praecipue ea die ostendisset, quum omnem belli adparatum, & tantas hostium copias solus substinuisset. Postremo omnem gratiarum actionem, laudemque rei bene gestae in Ezelinum conferens ceterorum animos ab se alienavit. Igitur Palavisinius Manfredi literis primo indignatus, tum ceteri se ab Ezelini amicitia alienaverunt, occasionemque quaerentes, qua Manfredo industriam suam ostentare possent, non prius eis tempus accomodum visum est, quam persuasus Palavisinius ab Osio Denario, qui Cremonae erat, Ezelini scelera detestando foedus in Ezelini perniciem percussit cum Maremo Vice Comite, qui Mediolani tyrannidem occupabat. Quo tempore Gregorius Montelongus, qui Paduam in fide continebat, copias suas undique contractas contra Ezelini potentiam Mantuam ad Azzonem miserat. Interea Ezelinus certior factus Duces exercitus, & Praefectos, quos pridem Fridericus secundus Mediolani constituerat, tyrannidis potentiam timere, ob idque partem praesidii illis esse, & Mediolanenses hostes etiam vitae suae insidiari, re-

licta

licta obsidione Mantuae cum omni exercitu Vercellas adpropinquavit. Inde cum sex millibus equitum ad Pontem Cassianum pervenit, existimans eius praesentia Mediolanenses commoveri posse ad deditionem, vel eius amicitiam petituros. Igitur quum Mediolanum pervenisset, & nemo ex urbe ad eum prodiret, primo suburbium adgressus est. Deinde urbem oppugnare conatus, multitudine armentorum deterritus destitit. Quo tempore Martinus (1) Mediolanensium Tyrannus exercitum Sancini habebat, inventis equitibus Azzonis Estensis, & Ludovici Bonifacii, Cremonensibusque coniunxit, qui de Ezelini adventu certiores facti cum omnibus copiis peditatuque ad Pontem Cassianum venere. Ezelinus quum oppugnatum Mediolanum capere non potuisset, Ticinum duxerat, & suburbia incenderat. Deinde nemini noxius pacato agmine incedens, dummodo annonam praeberent, Vicum duxerat. Quo in loco, quum se clausum ab hostibus accepisset, statuit fortunam belli tentare. Igitur ad Pontem Cassianum reversus commisso acriter praelio suos cohortans dum inter primos progreditur, iaculo ab incerto auctore emisso sauciatus est. Vir militaris iam octuagenarius cum aetate

te

(1) Hic Martinus, qui supra Marenus. *Lamius*.

te gravis tum etiam labore praelii fessus, tum etiam vulnere debilitatus, lassari coeperat. Tamen metus hostium, & vincendi cupiditas, vires homini qua fieri potuit addidere. Relicta igitur Pontis expugnatione, quum eo penetrare non posset, paulo supra vado amnem traiecit, ubi iterum ab hoste invasus, sui omnes fugati, & ipse captus, & Sancinum perductus ex vulnere subscepto interiit. Hic vitae exitus viro bellicosissimo fuit, qui quadraginta ferme annis Dux exercitus, aut Praefectus, cum magna gloria militabat, & Tridentum, Feltrum, Trivisium, Paduam, Vicentiam, Veronam, & postremo Brixiam, amplissimas urbes suo imperio rexerat.

Post Ezelini interitum, omnia quae suae ditionis fuerant, nulla vi, nec metu compulsa, se se in libertatem vendicavere, Trivisio tantum excepto, quod eius frater Albericus obtinebat: qui quum se civibus exosum fratris odio intelligeret, uxorem prius, & liberos, cum omni supellectili ad Castellum Sancti Zenonis misit. Deinde ipse eo se contulit, ubi novem post menses a suis proditus in hostium potestatem pervenit, a quibus tamdem ob recentes fratris iniurias cum uxore, & filiis obtruncatus est.

In-

Interea Manfredi equitatus, quem cum Senensibus superasse Florentinos commemoravimus, omnem eorum agros vastantes per Vallem Elsae in Miniatensem agrum descenderat, succensisque aedificiis, & pagis, qui circa Arnum fluvium, & Elsam erant, tandem pacem illis dedere. (1) Deinde traductis ante copiis, in Lucenses versi Sanctam Mariam ad Montem diripuere, (2) Inde Lucam evadentes ferro, & igni vexavere. Et in Pisanum reversi, cum quibus foedus erat, omne hiemis tempus ibi consedere.

Dum haec in Italia gerebantur Tyrus, & Ptolemaida, quas in Asia substinuisse Barbarorum impetus praeter ceteras compertum habeo, tanto maiori civium frequentia opulentiores factae erant, quanto pauciora restaurarunt Christiani in Asia oppida, negotiantibusque in iis ius commune omnibus indistincte erat. Sed or-

(1) Hec omnia habet *Villanius Cap. LXXXVII. Libri VI.* Mecatt.

(2) Ergo tunc temporis Oppidum Sanctae Mariae ad Montem, quod unum Pentapoleos est, Lucensibus parebat. Hoc autem Oppidum in Dioecesi Lucensi situm fuisse exploratae fidei est, & patet etiam ex iis, quae habentur in *Synopsi Chronologica*, quam *Chronico Imperatorum Leonis Urbevetani* inseruimus, ad annum 1100.

orta inter Genuenses, & Venetos, seditione ob Sanctae Sabinae (1) templum, quod utrique suum esse adfirmabant, brevi exarsit. Cuius quantum satis leve initium fuerat, tamen eius tollendi caussa, quia futurae calamitatis initium fore videbatur. Pontifex ad quem dissensionis rumor pervenerat, per eius rescriptum sanxit id Templum utrisque esse commune. Confectae (2) sunt duabus nationibus litterae. Sed Genuenses secundo vento usi prius Philippo de Monfort suas litteras reddidere; quare praeventi tempore Veneti; & templum Genuensibus a Philippo concessum viderunt, quod ipsi iam arce muniverant. Haec res a Venetis gravius excepta duos potentissimos Italiae Populos ad bellum attraxit. Pulsi indiscrete Veneti, Ptolemaida concessere. Sunt qui dicant a Philippo id causa cognita factum; quod pro rei veritate parum compertum habeo. Deinde Veneti Pisanos veteres Genuensium hostes in societatem sibi adiunxere, & cum Manfredo foedus in Genuensium perniciem initum est. Increpitus ob eam rem

(1) In Annalibus *Sanctae Sabae* habet; sed forte legendum *Sancti Sabae*; Sabas enim maris nomen. *Lamius*.

(2) In Annalibus habet *Conscriptae*. Lamius.

rem Philippus a plerisque Christianorum ducibus, tamen nihil a proposito discessit; quamquam Dux Antiochenus, & Placentia Cypri Regina, & templi Magister reducendos esse Venetos censuissent, & Pontificis mentem observandam. Sed iurgia querimoniaeque Venetorum in Philippum liberius prolatae, illum a bono & aequo retardarunt. Veneti, qui Tyri aderant, tribus & decem triremibus, quae iam eo adpulerant Ptolemaidam advolavere. Catena portus impediti illam frangunt. Tres & viginti Genuensium naves, duasque triremes ibidem repertas includunt, obsidentque. Deinde Monasterium Sabbae de quo disceptatio fuerat, demoliuntur. Qua iniuria Genuenses provocati duas & viginti triremes Tyri armant, & cum his cum Venetis invecti, Veneti qui cum alia classe erant harum rerum ignari Messambriam barbarorum urbem diripuerunt. Haec postquam Genuae nuntiata sunt ingenti cura, & metu obsessarum navium Classem exornant, quam in Asiam brevi miserunt. Veneti item suam classem navibus auxerant, ita ut par utriusque Populi navium numerus videretur. Tyrum per id tempus ambobus commune erat, & intra moenia utriusque pax, foris bellum asperrimum agebatur. Philippus, & Ge-

& Genuenses iam Ptolemaida exclusi fuerant. His rebus cognitis Alexander Pisanos ad se vocat, pacem inter eos facturus. Quum interea nuncius ex Asia venit, qui nuntiat inter Tyrum, & Ptolemaidam Pisanos, & Venetos multo suorum cruore Genuensium classem debellasse, quinque & viginti eorum naves, cum ipsis hominibus mari demersas, & Ptolemaidam rediisse. Praeterea incendisse Tyri, & Ptolemaidae Genuensium aedes, bonaque eorum direpta, pepulisseque iis urbibus quotquot illarum partium essent. Pontifex eo nuncio consternatus, ne quid crudelius fieret, multis precibus a Pisanis, & Venetis impetrat, & ut qui eo praelio servati essent liberarentur. His rebus sic undique variantibus Germani Duces, quum de Imperatore eligendo contenderent, bipartito divisi, duos elegerant. Neutro tamen per Pontificem confirmato res ad interregnum rediit. Quo etiam tempore Albertus Magnus Philosophorum summus claruit.

Ea tempestate Baldovinus Imperator Constantinopolitanus suarum rerum desperatione in moerorem adductus est. Nam etsi Theodorus Vactari, quem Graeci imperatorem dixerant, vita excesserat, tamen duos reliquerat filios, quibus Michae-

chaelem Palaeologum sibi adfinem tutorem dederat. Hic multa contra Latinos molitus Gulielmo Gallo Achaiam, & civitates illi provinciae finitimas, ademerat. Deinde praelio cum eo commisso, armis exsuerat, captumque Andrianopolim perduxerat. Postremo in Pontum ducens, bellum Balduino apertum indixerat. Balduinus ad Regni curam intentus copias navibus traiecit, & ipse non prius Constantinopoli egressus, quam Graeci, qui contra eum conspiraverant, nocte concubia Michaelem Palaeologum introducunt. Balduinus, & Pantaleo Iustinianus, eius loci Patriarcha, illico cum suis omnibus, supellectilique, ad Euripum se contulerunt. Palaeologus urbe potitus, quum ad imperium adspiraret, pueros, quibus ipse tutor datus erat, necavit. Ipse deinde imperium usurpavit, finemque imperio Latinorum, quod novem & quinquaginta annis duraverat, imposuit. Anno insequenti, ut quidam Annales habent, conflixere cum Senensibus, & Manfredi copiis, Florentini decimo quarto Kalendas Octobris. In quo praelio Florentini a Senensibus superati. Et Pannones cum (1) Viennensibus, de quorum finibus decertabant, quum diem pugnae dixissent, commisso acriter praelio

Z Pan-

(1) In Annalibus habet, *cum Bohemis*. Lamius.

Pannones victi fugerunt, & quatuordecim millia hominum, quos gladius non occiderat, flumen absorbuit.

(1) Octavianus interea Cardinalis, quem legatum Neapolim diximus, re parum feliciter gesta, ad Pontificem rediit. Quo anno Pontifex dum Ananiae esset Claram mirae sanctitatis mulierem in Catalogo Sanctorum Dei locavit. Deinde Viterbium concessit, ut Venetos cum Genuensibus pacificaret; ubi anno salutis MCCLIV. diem extremum finivit, & in eius locum Vrbanus quartus genere Gallus suffectus est.

Erat adhuc in Etruria Iordanus a Gibellina factione precibus, ne discederet, fatigatus, quem quum Manfredus ad se litteris accersisset, ire volentem, Gibellini, qui Florentiae Guelforum bona diripuerant, retardarunt; legatosque ad Manfredum accedere hortantur, ut Iordanum

(1) De Octaviano Cardinali. Vbaldinio sic scribit *Collenuccius Lib. IV. Fu creduto per esser Manfredi fautore de Ghibellini, ed il Cardinal Legato, che era della casa degli Vbaldini, che sono sommi Ghibellini per aver Manfredi favorevole agli amici, e parenti di quella parte, si portasse lentamente in quella Legazione.* Hunc Cardinalem Gibellinorum partibus adhaerere, scribit etiam *Villanius Cap. LXXXII. Lib. VI.* Mecatt.

num ex Etruria, si res eorum vellet salvas, non revocaret. Quod Manfredus ipsorum gratia, & benevolentia permotus concessit.

Ceterum Guelfi ex Arretio, qui ex Alcinensi clade superfuerant, quum Arretium rediissent, Gibellinos, quos novandis rebus studere cognoverant, in exsilium dederant. Quod exmplum Pistorienses cum Volaterranis sequuti sunt. Vrbanus item, ad quem Cruce signatorum numerus concurrebat, illos contra Manfredum hortabatur, & ut in Italiam transfretarent. Re a Manfredo cognita Iordanum in Apuliam accersivit. Qui discedens Etruria quum provinciam civilibus bellis inter cetera divisam relinqueret, Gibellinis suadet, ut Guidoni Novello mille equites pro securitate demandent. Quae res, ut primum Iordanus discessit, effectum suum habuit. Sed plaerique Gibellinorum a suis civibus pulsi post Iordani discessum fuere, bonaque eorum direpta.

Non multo post Gibellini exsules ex omni ferme Etruria apud Emporium (1) Guelforum Etruriae oppidum convenere; de rebus consulturi. Vbi quum Pisani, Senenses, & Miniatenses, pluresque in

Z 2 hanc

(1) Emporii brevis quaedam historia MS. in Bibliotheca Riccardiana adservatur. *Lamius*.

hanc ſententiam deveniſſent, ut Florentia urbe ſalva nil eis utile ac tutum provideri decernique poſset, quod Gibellinis firmum aut perpetuum foret, (1) Vbertus Farinata vultu, & adſpectu commotior. Non patiar, inquit, viri nobiles, ut Florentiam urbem, quam ipſe quidem non condidi, me vivo a quoquam eſse dirutam. Moxque Conſilio ſe ſe proripuit. Quibus verbis admirati omnes trepidique Conſilium reliquere. Novellus deinde ſuis equitibus Gibellinorum eductis in Lucam duxit. In qua urbe aliquot Florentinorum exſules erant, qui nondum ſe Florentiae fidentes pacis ſtudia incolebant. Igitur Novellus iique nonnulla oppida Lucenſis agri occupavere. Quo tempore (2) Florentini exſules, qui Gibellinae parti adverſi erant Signam furtim occupavere; unde Piſanos infeſtantes crebris excurſionibus eorum agros vaſtabant. Contra hos Novellus ducens, noctu ab hoſtibus adgreſsus eſt, factaque eſt utrimque caedes maxima, & praeſertim Lucenſium. Sed

(1) Vide commemoratum *Villanium* ad *Cap. LXXXIII.* eiusdem *Lib. IV.* qui ſummis laudibus Farinatam Vbertium extollit quod patriam ſuam, veluti Camillus alter, ab extrema ruina vindicaverit. *Mecatt.*

(2) Sic habet *Villanius Cap. LXXXVI.* commemorati *Libi Sexti.* Mecatt.

Sed tamdem quum Novellus equitatu plus posset, victor evasit. Deinde in Arretinos duxit. Ii, quum Novellum ad se adventantem intelligerent, & a Senensibus exagitarentur, eorum urbi non fidentes, Gibellinis occupandam reliquere. Idem postea factum a Miniatensibus, Pistoriensibusque.

Deinde Lucenses (1) pulsis urbe Guelfis, Gibellini, etsi pauci, attamen in urbe dominabantur. Exsules clam Novello conciliati profugos Florentia pulsos eiecere, qui Bononiam se receperunt. Exitu urbis a Lucensibus cum singulis vestimentis abire permissi. Cetera eorum bona illis ademta. Erat his rebus omnis ferme Etruria Manfredo subiecta, & quatuor annis incessanter a Gibellinis regnatum. Vtraque tamen factio, neque ob suorum victoriam laeta, aut opulentior facta erat, utpote quae adsiduo labore defessa, militiaque fatigata, quum agrorum cultus, pecorumque relictus esset, & iuventus adsiduis cladibus imminuta, rei etiam familiaris inopia pressa, in diem consilia mutando rem ipsorum maxime miserandam effecerat. Ex quo factum est, ut neuter alteri aut gratia aut benevolentia iungeretur.

Z 3 Anno

(1) Vide *Villanium Cap.* eiusdem *Lib. VI.* Mecatt.

Anno salutis secundo & sexagesimo supra ducentesimum & millesimum Vbertus Palavisinius suadere Brixianis cepit ne Guelfos reducerent, si eorum civitatem salvam esse vellent, neve cum ceteris eiusdem factionis amicitias inirent. Satis esse eis praesidii ad res eorum tutandas, si secum convenirent. Credita res effectum sortita est. Deinde ipse Guelfos sibi conciliat, & copias urbi admovet, factusque ab utrisque urbis Praefectus sibi Imperium usurpavit.

Ortum ea tempestate bellum inter Venetos, & Palaeologum, turbassentque Veneti hostem, ni Genuenses Palaeologo subvenissent. Quo tempore Guillielmus Achaiae, & Bithyniae Princeps, quem captum praelio a Palaeologo memoravimus, Malvasiam castellum munitissimum, quod obtinebat, Palaeologo dedit, ut carcere solveretur. Deinde Venetis confoederatus acerrimus Palaeologo hostis factus est.

Qua tempestate Genuenses Tyri, & Ptolemaidae Venetis potentiores erant. Interea Manfredus Picentes adgressus, quum ex Provinciae more nullam hostium incursionem paterentur, brevi suarum partium fecit. Sed quum Pontifex Cruce signatos contra illum ex Gallia convocasset, Manfredus magnam Agarenorum multitudi-

di-

dinem prius conductam illis opposuit. Iamque Guido Episcopus Antissiodorensis, Carolique (1) Roberti Comitis Flandriae filius, & Richardus Comes Vidosiensis superatis Alpibus agrum Brixianum ingressi cum Palavisinii exercitu, qui Manfredi partium erat, aliquot tumultuariis praeliis pari prope certamine conflixere. Inde per Bononienses in Flaminiam, & tamdem Perusium devenere. Accitique Viterbium a Pontifice, Cruce ab eo signati, quum eis bene impetratum fuisset, per Sabinos, & Marsos in Campaniam delati iuxta flumen Lyris Agarenos a Manfredo conductos superatos loco pepulere. Exstant monumenta huius rei litteris marmoreo lapide insignitis usque in hodiernam diem, in turri, quae iuxta mare prope ipsius fluminis ostia sita est, adtestantia vastitatem ab Agarenis illi orae inlatam hoc carmine longioribus litteris sculpto:

Hanc olim patriam vastavit gens Agarena.

Ceterum, ut fama est, quia ii praelio inito loco discessere, & aditum hostibus apertum dedere, ob tam magnam eorum contumeliam Manfredus montem, qui supra

(1) De vocatione Caroli Andegavensis fusius agit *Villanius Cap. LXXXIX. XC. XCI. Lib. VI.* & *Collenuccius Lib. IV. pag.* 121. Mccatt.

pra Suessam est, ubi fugerant, illos incolere iussit eo onere, ut ad repentinos hostium incursus ad tutanda fluminis ostia praesto adessent; & is locus, quem incolere iussi sunt, ut plerique aestimant, ab Arnulfo eorum Praefecto Arx Arnulfina adpellatur. Ea tempestate Romani, etsi Pontifici non parebant, (1) attamen illi adversi aut molesti non erant. Omiserant enim iam antiquam eorum consuetudinem Senatorem ex suis civibus creare, & extraneum eligere coeperant. Quorum primus fuit Brancaleonus Bononiensis, qui paulo post eius electionem in carcerem mittitur. Qua ex re Bononienses indignati, quotquot Romani Bononiae erant, sunt in carcerem trusi. Quae res adeo Romanorum animos permovit, ut Romani ei iterum eamdem praeturam demandarent. Praeterea novos magistratus ex omni tribu Romani elegerunt, quos Bandieriferos vocavere. Pisani per id tempus Motronum recuperavere; & a Manfredo adiuti bellum Lucensibus intulere, quoniam ii a Manfredo rebellaverant.

Pontifex partim pro dote partim conscientia earum rerum, quae patraverat sub Chri-

(1) De Pontificis in urbe Roma auctoritate, & imperio, vide quae scribit Dominus Blancus in fine sui Tractatus *De Galliae moneta*. Lamius.

Christianae religionis cultu permotus, nova consilia recepit. Et quo suis salutariter consuleret Cruce signatos in Asiam abire permisit, persuasitque Ludovico Galliarum Regi ut Carolum Provinciae, & Andegaviae Comitem, sobrinum (1) suum, contra Manfredum mitteret in Regnum Neapolitanum, & Siciliam Insulam ab se pro Romana Ecclesia in feudum reciperet. Quippe quod Manfredi sceleribus in Romanae Ecclesiae potestatem devolutum esset & ad suam collationem spectaret. Haec Pontificis exhortatio pollicitatioque Regi Ludovico pergrata fuit, tractarique cum Carolo coepta est.

Ea inter Pontificem, & Ludovicum primo, inde cum Carolo acta sunt. Fatis Regna fortunasque Dei Iudicio variantibus, & quia humanae fragilitati Fortuna est semper adversa, in novam gentem Regnum Neapolitanum Siciliamque translatura, tamdiu volubilis rectum cursum remorata est, quamdiu rerum dispo-

(1) *Villanius Cap. I. Lib. VII.* non sobrinum sed germanum Ludovici Galliarum Regis Carolum facit, utpote qui natus erat ex Carolo cognomento *il Piacevole*, & Regina Blanca Regis Hispaniarum filia; duosque fratres habebat Rubertum, & Alphonsum iisdem genitoribus ortos. Idem etiam *Collenuccius* refert *Lib. IV.* suarum historiarum. *Mecatt.*

dispositio fatalis effectui proxima novandis rebus caussam adinvenit. (1) Sed mors Pontificis paulisper distulit, quod fatali ordine debebatur; simul atque diffidentibus de electione novi Pontificis Patribus, quinque fere mensibus sine Pastore Ecclesia Romana fuerat. Tamdem anno MCCLXV. electus est Clemens IV. qui Iureconsultorum ex Gallis hominibus primarius fuerat. Hic prius Guido Fulcus adpellabatur, Patronusque optimus in Regis Curia clientibus erat, subsceperatque ante Pontificatum ex uxore liberos. Qua vita functa primo Episcopatum Podiensem, deinde Narbonensem (2) obtinuerat. (3) Cardinalis deinde creatus, legatus est a Pontifice ad componendas lites, quae inter Henricum Angliae Regem, & Simonem Montisfortis ortae erant. Hic postquam de sua electione ad Pontificatum certior factus est, incognitus Mendicantis habitu prius Perusii vi- [illegible] fus [illegible]

(1) Haec eadem omnia de morte Vrbani IV. ad amussim refert *Villanius Cap. CLIII. Lib. VI.* Mecatt.

(2) Videtur deficere *Archiepiscopatum*; nam *Villanius* habet: *Ma morta la Moglie si fece Cherico, e fue Vescovo del Poi, e poi Arcivescovo di Narbona;* *Vide Cap. CXIII. Libri laudati*, Mecatt.

(3) Tituli Sanctae Sabinae: sic *Villanius eodem Cap. eiusdem Libri.* Mecatt.

ſus eſt, quam de eius adventu audiretur (1). Cardinales ſummo eum honore acceperunt; deinde Viterbium perduxere. Hic patrum coacta Synodo primo exorſus a Manfredi ſceleribus, omnem ipſius vitam, ſuorumque maiorum geſta in Romanam Eccleſiam, & Pontifices, deteſtatus eſt. Perfecitque ut tentatam ab Vrbano Caroli vocationem exſequerentur. Deinde dignitatem menſus ſuam, & ſpem, multis Sanctorum Patrum editis teſtimoniis, qui adfirmabant omnium eſſe ſupremam, ſeque unicum Chriſti Vicarium eſſe docuit, coramque tribunali ſuo omnium gentium diſſenſiones, & lites vertere & agitari decere, ab ipſoque Pontifice, qui pro tempore fuerit, determinari, & a Pontificis ſententia non eſſe licitum provocare; tantumque in exhortando praevaluit, ut omnium conſenſu effectum ſit, ut Carolus Romam advocaretur ad Regnum Neapolitanum Pontificis manu ſubſcipiendum, & ut Eccleſiae Romanae contra Manfredum auxilio eſſet. His litteris nuntiiſque Carolus, (2) ante vo-

(1) *Collenuccius* ait ſub habitu Mercatoris. Vide eiusdem hiſtoriam *Cap. IV.* Mecatt.

(2) Nam vocatus fuerat iam ab Vrbano, qui anno ſuperiori vita deceſſerat; ut *Villanius* habet ad calcem *Libri VI.* ſuarum hiſtoriarum. *Mecatt.*

Igitur praemissus est a Carolo Romam ad Pontificis partes tutandas (1) Guido de Monfort cum equitibus mille quingentis cum quibus per Ligures in Etruriam venit; ubi per Florentinorum agrum, & Senensem in Patrimonium permeavit. Ibi commisso cum aliquot Manfredi copiis & Agarenis praelio, miro Dei iudicio superior factus, illas profligavit, & victor tamdem Romam pervenit.

Erat ea tempestate Carolus annorum quadraginta sex. Quo tempore currebat annus gratiae tertius & sexagesimus supra

(1) Gallorum Duces, qui cum Guidone Montis fortis in Italiam venerunt *Villanius Cap. IV. Lib. VII.* recenset ubi ait. *Il Conte Guido di Monforte con la cavalleria, che il Conte Carlo gli lasciò a guidare, e con la Contessa moglie del Conte Carlo e suoi Cavalieri, si partì di Francia del mese di Giugno del detto anno, e questi furono i Caporali Baroni col Conte di* [illegible]*forte, Messer Boccardo Conte di Vandamone, Messer Giovanni suo fratello, Messer Guido Beluglio Vescovo d' Alzurro, Messer Filippo di Monforte, Messer Guglielmo, e Messer Piero di Belmonte, Messer Ruberto di Bettona primogenito del Conte di Fiandra, e genero del Conte Carlo, Messer Giglio il Bruno Conestabole di Francia, maestro, e balio del detto Ruberto, il Maliscalco di Mirapesce, Messer Guglielmo Lostendardo, e Messer Gianni di Bresiglio Maliscalco del Conte Carlo, cortese, e valente Cavaliere, &c.* Mecatt.

pra ducentesimum millesimum. Post tertium mensem, quibus haec acta sunt, Carolus Massilia solvens (1) cum quadraginta triremium classe mari se commisit, nec expavit Manfredi triremes, quae in Pisano portu erant, & superioribus circum ea littora foedis Coeli tempestatibus disiectae fuerant; quam Regis classem Pisani quinque & octoginta triremium comparaverant. Qua similiter tempestate Carolus tribus cum triremibus in eumdem portum delatus cum Manfredi copiis per Guidonem (2) nescio quem, qui Pisanis praeerat, oppugnari quum pararetur, orta est inter ipsum & cives seditio, quia Pisani Motrono nuper Florentinis ademto praeesse volebant, ille Manfredi nomine in potestatem suam redigere. Tumultu exorto dum in Carolum properabat, urbe egressus a Pisanis remoratus est. Tranquillum interea mare effectum, & hostis e manibus elapsus pelago se commisit. Ita illusa Manfredi classe ad ostia Tiberis secunda navigatione pervenit. Quae res in miraculo habita cunctos admonere potuit Deum om-

(1) Haec omnia habet & *Villanius Cap. III. Lib. VII.* & *Collenuccius Lib. IV.* Mecatt.

(2) Guido Novellus, qui Pisis pro Rege Manfredo Vicarius erat. Sic habet *Villanius Cap. III.* memorati Libri. *Mecatt.*

omnia cernentem iis rebus modum adinveniſſe, quae conſilio humano provideri non poterant, & magnis rerum initiis ipſius diſpoſitionem ſemper adeſſe. Nam quum Manfredus tantam paraſſet claſſem, & omnia procuraſſet, quae humano poterant conſilio provideri, miſiſsetque ſuorum nonnullas copias in Liguriam ad Palaviſinium materno genere ſibi coniunctum, tamen Dei iudicio factum eſt, ut Carolus omnium hoſtium oculos fefellerit, nec illi obſiſtere potuerint, quin inceptum iter perficeret.

Carolus igitur poſtquam Romam venit factus eſt a Pontifice primo urbis Senator. Reliquum aeſtatis, quod ſuperfuerat, Romae habuit; coronatuſque Cardinalibus a Pontifice [1] miſſis in Laterano, cum Beatrice uxore Rex Siciliae, & Ieruſalem declaratus eſt; promiſitque ſolemni ſtipulatione iuramento firmata ut decem aureos quotannis Romanae Eccleſiae penderet, Regnumque feudi nomine tam Neapolitanum, quam Siciliae, ab Romana Eccleſia pro ſe & ſuis heredibus poſſideret.

In-

(1) Nam Pontifex morabatur Viterbii tunc temporis, ut *Villanius* habet; & coronatus eſt Carolus anno MCCLXV. more Florentino; ſcilicet MCCLXVI. ſolemni Epiphaniae Domini die. *Mecatt.*

Insuper eadem stipulatione promisit quod si sibi Imperium Romanum obferretur, non acceptaret, quod Alphonsus Castellae Rex ea tempestate armis, & largitionibus occupare nitebatur; & Electores Imperii Richardum Coimbriae Comitem, & Regis Angliae fratrem, id adfectantem contemnebant. (1) Promisit item eodem iuramento leges Regni servare, illasque intactas relinquere.

(2) Anno MCCLXVI. magnus cometes exortus est. Sed insequenti anno Clemens IV. mortuus est, de quo supra diximus, qui sedit annis tribus, mensibus novem, & diebus viginti uno. Quo anno quidam Manfredum mortuum dicunt, quod falsum est.

Ce-

(1) Anno MCCLXIV. more Florentino; sed aliorum more MCCLXV. De hoc comete mentionem facit *Villanius Cap. XCIII. Lib. VI. & Collenuccius Lib. IV.* addit nullum alium hoc comete maiorem adparuisse. *Costus* refert hunc cometem mense Augusto in coelo coruscasse, & usque ad mensem Decembrem non evanuisse, & qua nocte evanuit Vrbanus Pontifex Perusii mortuus est. *Mecatt.*

(2) Florentini enim non ab initio mensis Ianuarii, sed a vigesima quinta die Martii anni principium sumunt. *Mecatt.*

Ceterum haec prima Regni Neapolitani, & Siciliae, infeudatio, ut quidam volunt, per Pontificem sine Patrum adsensu facta est. Quo tempore Pontifex Senensibus, & Pisanis, qui Manfredi partibus haerebant, & cum Florentinis belligerabant, sacra interdixit. Iamque Caroli copiae cum ipso Duce in Lombardiam pervenerant; quibus quadringenti Guelforum (1) equites, qui per Lombardiam

A a

mili-

(1) Sic narrat *Villanius Cap. II. Lib. VI. In questi tempi i Guelfi usciti di Firenze, e dell' altre Terre di Toscana, co' quali s' erano molto avanzati per la presura, ch' aveano fatta di Modana, e di Reggio, come avemo fatta menzione, come intesono, che il Conte Carlo s' apparecchiava di passare in Italia, sì si misono con tutto loro podere in arme, e in cavalli, sforzandosi ciascuno giusta sua possa, e feciono più di quattrocento buoni uomini a cavallo gentili di lignaggio, e provati in arme, e mandarono loro Ambasciadori a Papa Chimento; acciocchè gli raccomandasse al Conte Carlo eletto Re di Cicilia, e profferendosi al servigio di Santa Chiesa: i quali dal detto Papa furono ricevuti graziosamente, e provveduti di moneta, e d' altri beneficii. E volle il detto Papa, che per suo amore la parte Guelfa di Firenze portasse sempre l' arme sua in bandiera, e 'l Suggello, la quale è il campo bianco con un Aguglia vermiglia sopra un serpente verde, la quale portarono e tennero poi, e tengono a nostri dì, e con quella insegna si partirono di Lombardia in compagnia de Cavalieri Franceschi*

del

militabant se iunxere, adiutusque etiam mirum in modum Carolus a Beatrice uxore fuerat, quae tribus sororibus aemula (1) aegro ferebat animo virum suum sine regno esse. Haec ut primum vidit hanc opportunitatem Regni capiendi Carolo datam, pretiosissima quaeque, quae possidebat, vendidit, iisque virum adiuvit. De hac Dantes Florentinus, qui his temporibus claruit, quae fuerit eius familia meminit. Fuisse namque Raimundi Berengarii Provinciae Comitis filiam, & (2) Romaei

del Conte Carlo quando passarono a Roma, come appresso faremo menzione, e fu della migliore gente, e che più fece d'arme del tanto che avesse il Re Carlo alla battaglia contro a Manfredi. Idem habet *Collenuccius*; additque quadringentos Florentinos equites ductos fuisse a Comite Guidone Guerra; ut alibi etiam *Villanius* refert. *Mecatt.*

(1) Tres Beatricis sorores, natae omnes e Raimundo Berengario Provinciae Comite, scilicet Margarita quae nupta fuit Ludovico Galliarum Regi, Eleonora quae in matrimonium ducta est ab Henrico Angliae Rege, & Sancia quae coniuncta fuit cum Richardo ipsius Henrici fratre, qui fuit postea Romanorum Imperator. Vide *Cap. XCII. Villanii*, & *Costum* in Adnotationibus ad *Collenuccium*. Mecatt.

(2) Meminit etiam *Villanius Cap. XCII.* suarum Historiarum *Lib. IV.* qui totam de Romaeo historiam narrat, cuius consilio Raimundus Provinciae Comes suas nupsit filias. Vide ibidem *Cap.* CXII. Mecatt.

maei opera tres eius sorores tribus regibus collocatas. Primo eius adventu, quod reliquum fuerat ex Volscis Ecclesiae non subiectum & inobediens, perdomuit. Inde ad Ceperanum delatus substitit. Quo in loco Manfredus Richardum Casertae Comitem, qui Friderici secundi filiam Brixiae duxerat, & Iordanum Aquinatem cum parte copiarum praemiserat, ut Carolum a Regni ingressu prohiberet. Ii paucis diebus aditum sibi commissum tutati sunt.

Interea Richardus certior factus de vi a Manfredo superioribus diebus uxori suae illata; nam quum illa Regem Casertam proficiscentem honorificentissime, quippe quae soror erat, suscepisset, nocte ab eodem vim passa viro per litteras omnia, uti facta erant, aperuerat. Hoc ille aegro ut decuit, ferens animo, ea solum contumelia permotus, animum a Manfredo deflexit. Tamen ne proditionis argueretur litteras ad eum dedit, quibus certiorem fecit ne in posterum sibi fideret, aut quidquam praesidii speraret. Posthaec irae non obtemperans Iordano collegae suo persuadet, quoniam Caroli copiis aperte resistere non poterant, consilium se adinvenisse, quo facile ipsius exercitum intercipere possent. Quumque Iordanus quidnam id esset

consilii expostularet, sinendum, inquit Richardus, esse hostes Ponticulum transire, quos quum medios praetergressos videbimus, quam libuerit exercitus partem adoriemur, nec erit illis facultas, nobis impedientibus pontem, ad suos regredi. Quare pro moenibus Ceperani locatus est Iordanus, quia ea res factu facilis videbatur, consilium adprobans. Igitur, quum iam maior exercitus hostium pars amnem traiecisset, Aquinas cohortatur Richardum, ut in ipsos impetum facerent, nec propterea potuit a machinato iam prius animo dolo Richardum amovere. Inferebat enim tantis copiis Ponticulum transgressis, non esse tutum illas adoriri. Hoc maxime modo Iordanus a collega illusus Carolo Regnum invadenti iter aperuit (1. Insequenti die Richardus cum Carolo ad colloquium venit, percunctatusque ab eo quid subditus Regi suo praestare deberet, & quid Rex subdito; quum ille respondisset fidem, & vectigal, obedientiamque subditum praestare oportere, Regem non longe maioribus vinculis adstrictum esse in iussionibus. Sat, inquit, Richardus Manfredo factum, quum ille nec fidem nec adfinitatem nec vi & contu-

(1) Totum hoc habet etiam *Villanius Cap. V. & VI. Lib. VII.* Mecatt.

tumelia abstinuerit ; fideque a Carolo data susceptaque Casertam ad consolandam uxorem profectus equites, quos habebat, Carolo ducendos permisit. Sunt qui adfirment Iordanum non ignarum sui consilii fuisse ; nam uti primum Carolus Regnum Neapolitanum ingressus est, Ceperanum, & Aquinum, quae paucos post conflictus dies Iordanus * deditione accepit, & deinde ad oppidum Arcium castrametatus et positus est, nulla vi ab Iordano aut suis, quum prohibere posset, illata. Parum id constat, nam pugnae cum Manfredo adfuit.

Eodem anno V. Idus Februarii Manfredus relicto apud Sanctum Germanum firmo Agarenorum praesidio, discessit, utpote qui cum hoste itineribus fesso patentibus se campis conferre volebat, quippe qui quanto longius e Campania illum adtraxisset, tanto minus illi victum inesse credebat, & ob id illum in intimum Regni sinum adlicere posse sperabat ; unde ne accedendi quidem copia daretur. Haec Manfredi bene cogitata ipsum ab omni Gallorum incursu tutum reddidisent, si tempus pugnae idoneum, & suorum copias, tam ex Calabria, quam ex Apulia, exspectasset, quas sciebat propediem sibi non defuturas. Sed ipse ante suum discesum praefecerat

Agarenis, quos in saltu Casinensi reliquerat ad oppidi custodiam, nonnullos eorum Duces, quos Itali, tumultu in oppido excitato, necaverant. Quumque illi ad arma corruissent, Comes de Vallemonte (1) Guelfique equites Florentinorum, qui in exercitu Caroli primae legionis erant, audito tumultu, hostes adoriuntur. Agareni ob iram Ducum suorum paulo ante necato-

(1) *Villanius Cap. VI. Lib. VII.* habet. *De primi che gli seguirono*, idest *il Conte di Vandamon, e Messer Gianni suo fratello, furono gli usciti Guelfi di Firenze, ond' era Capitano il Conte Guido Guerra, e l' insegna portava Messere Stoldo Giacoppi de Rossi di Firenze*. Et *Cap. VIII.* ubi de pugna exercitus Caroli cum exercitu Manfredi fusius agit, sic refert *L' insegna portò Messer Currado da Montemagno di Pistoia*. Maximam autem Guelfis equitibus laudem omnes Historici tribuisse videntur; de illis enim praeter *Villanium* haec *Collenuccius* tradit. *Ordinate così le schiere, dicesi, che Manfredi contemplando l' ordine degl' inimici, domandò chi erano quelli, che così risplendevano nell' arme. Gli fu detto, che eran gli Guelfi di Toscana. Allora domandò ove erano per lui gli Ghibellini, per li quali aveva già fatto tanta spesa, e dato loro tanto favore; e non se ne mostrando, nè comparendo alcuno, disse, che quei Guelfi in quella giornata non potevano se non vincere; volendo inferire, che se rimaneva vincitore egli lascieria gli Ghibellini, e favoriria la parte Guelfa*. Mecatt.

catorum segnius arma cepere, praelioque abstinuere. Quumque ad tuenda moenia oppidani non sufficerent, fugam cepere. Hostes oppidum introgressi, illud diripuere. Barbari ferme omnes capti, aut occisi fuerunt. Inde Carolum ea victoria exsultantem, & in Apuliam properantem, Manfredus non expectata suorum manu, cum iis quos secum habebat equitibus, tamquam ad destinatam a Deo cladem, apud Beneventum invadere statuit. Iamque triduo itinere dimenso Caroli exercitum fames magis quam iter adtriverat, nec diutius in his locis esse, etsi maxime optasset, potuerat cum etiam propter anni tẽpus tum etiam propter commeatus, & necessariarum rerum inopiam. Quae etsi Manfredo prius cognita fuerant, tamen satis ita trahentibus instructos suorum ordines extraxit, & illos cohortatus est, ut memores praeteritorum, & rerum feliciter gestarum, veterisque eorum gloriae, hostem & itinere fessum, & inedia laborantem, cui nec subsidii spes sit, adoriantur intrepide; ab se omnia quae deceant procurata esse, nec pauciores cum pluribus, neque imperitiores cum melioribus, decertaturos; adferens in eo certamine finem militiae, & laboris fore, praedam vero & gloriam ingentem illis ante oculos positam, quantam numquam antea adepti

fuerant. His cohortationibus animos militum erexit, deinde curare corpora iussit, aptarique & expediri arma, quae pugnae in diem crastinam futurae necessaria forent. Erant in Caroli exercitu complures Galli Duces, sed praeecellenti virtute Gualterius Berna, quem postea Licii Comitem fecit; Guido Monfort, cui Nolam dedit; Rogerius Scotus, quem Comitem Massae dixit; Petrus Ruffus ex alia Rufforum familia, quae ex Gallia venerat, quem Comitem Catansari dixit; Beltramus Bautius, cui Avellini Comitatum dedit; Ioannes Ianula, Petrus Stendardus, Franciscus Rivisatus, Petrus Leonissa, Marcus Sabianus, & multi praeterea alii, quos postea Carolus secundus eius filius magnis dignitatibus insignivit. Cohortatus & ipse suos pugnae se parant. Prima luce Manfredus instructa triplici suorum acie in praelium ruit. Primo concursu acrius a Germanis cum Gallis pugnatum, qui non substinentes Germanorum impetum in secundam Caroli aciem repulsi sunt. Contra hanc Manfredus, qui in prima acie dimicabat, secundam Agarenorum Legionem induxit, quorum vim quum hostes non substinerent, in tertiam Caroli cohortem confugere. Ibi atrox ab utraque parte certamen fuit. Quatuor ferme horis pugnatum, ubi quum Carolus multa strenue

pa-

patrasset facinora, tamdem equo deiectus gladio a multitudine se pedes defendebat. Iam fama in eius exercitu erat Carolum corruisse. Decem erant in Manfredi exercitu Neapolitani equites, qui a Manfredo iussi in eius perniciem coniurarant, qui videntes Carolum inter suorũ cadavera exsistentem eo convolant. Ille a suis adiutus quum in alium equum adscendisset, et acrius Neapolitanos insequi videret, admiratio & tremor illum cepit. Cohortatus tamen suos IX. obtruncat. Restarat eorum ultimus Corradus Capecius, qui Regem clava ferrea quum acrius urgeret, de salute sua illum cogitare compellebat.

Inclinata iam erat tertia Caroli acies, quum Manfredus omnibus suis in praelium misisis, iam poene victor, ab incerto auctore in fronte ictus corruit, Rexque de improviso adparens suos ex fuga revocatos monet rogat hortaturque, ne se victorem Imperatore hostium caeso desererent. Instaurato ab iis praelio, sole iam ad occasum vergente, Manfredi equites quum eorum imperatorem, & Manfredi aquilam corruisse vidisent, in fugam cum his versi (1). Capecius Beneventum aufugit, ceterorum

(1) *Collenuccius* narrat Capecium in Siciliam aufugisse. *Mecatt.*

rorum magna pars, & plerique duces in ea pugna cecidere. Captus ex Manfredi equitibus Petrus (1) Vbertus, & Iordanus, de quo supra meminimus. Carolus fide publica Capecio data secum venire curavit, ubi pauca de eius fortitudine loquutus, collaudatum pro concione, donatumque magnifice in suorum numero recepit, Caracciolumque pro Capecio nominari voluit, quasi *Carum cum volo*, a quo etiam altera Caracciolorum familia, ut quidam volunt exorta est. Sed is postea Conradino pretium pactus ab Carolo defecit. Carolus ad mediam poene noctem castris hostium potitus quod reliquiarum superfuerat quiete militibus concessit. Insequenti die deditio (2) a Beneventanis facta. Rex deinde omni Regno potitus praeter Luceriam, in qua Manfredi uxor cum filiis erat. Manfredi cada-

(1) Iordanus Comes Agnani, qui ad praelium ad Arbiam flumen contra Florentinos Guelfos cum Manfredi copiis adfuit; & Petrus Asinus de Vbertis Florentinus civis, vir fortis, ac strenuus; quos Carolus in Provinciam misit, ubi in carcere detenti dura morte utrique occubuere. *Mecatt.*

(2) Narrat *Collenuccius* Beneventum in praedam militibus datum; eius urbis Episcopum virgis caesum, & vestibus exsutum; virgines violatas, moenia diruta, urbemque ipsam excidio deletam. Vide eumdem *Lib. IV.* suarum historiarum. *Mecatt.*

cadaver, quia is in Ecclesiae interdicto interierat, a Carolo inhibitum (1) ne sacro loco sepeliretur. Ceteri honores funeris habiti. Fuit hoc praelium apud Calorum fluvium,


(1) Sepultus fuit Manfredus iussu Caroli Regis ad Pontem Beneventi effossa terra, viliori in loco; & super eius cadaver quilibet prope miles lapidem iecit. Sed iussu Pontificis, ut ne mortuus quidem in Ecclesiae territorio maneret ille, qui Ecclesiam diu vexaverat, ab Episcopo Consentino eius cadaver ad fines agri Romani & Regni translatum, & super eius sepulcrum hoc Epitaphium impositum.

Hic iaceo Caroli Manfredus Marte subactus,
Caesaris heredi non fuit urbe locus.
Sum Patris ex odiis ausus confligere Petro;
Mars dedit hic mortem, mors mihi cuncta tulit.

Vide *Collenuccium Lib. IV.* Quoniam vero de Manfredo, eiusque gestis mentio hactenus facta est; quid de illo eiusque moribus *Collenuccius* scribat proferre lubet. *Fu Manfredi uomo di persona bellissimo, dottissimo in lettere ed in filosofia, e grandissimo Aristotelico, affabile con ogni uomo, animoso, e gagliardo della persona, astuto molto, e reputato liberalissimo sopra tutti gli altri Signori; in modo che Riccobaldo Istorico scrive di lui, che d'ingegno e liberalità, e beneficenzia, ragionevolmente si poteva agguagliare a Tito Imperadore figliuolo di Vespasiano, che fu reputato le delizie della generazione umana. Edificò Manfredi una Città nel seno ovvero golfo di Siponto, e chiamolla dal suo nome Manfredonia. Degno veramente di miglior sorte, se il Fato, o la Provvidenza, altro di lui non avesse ordinato.* Mecatt.

um, haud procul Benevento menſe Februarii MCCLXV Quo anno Clemens (1) quartus Pontifex electus eſt, qui ſedit annis tribus, menſibus novem, & diebus XXIX.

FINIS.



(1) Clemens Quartus hoc anno electus fuerat; & ille adventum Caroli Regis in Italiam confirmavit, & acceleravit, illique opem ad hanc expeditionem tulit quam maximam, & Florentinis Guelfis, qui cum Carolo Rege; ut iam dictum eſt; ad Regni acquiſitionem ivere, Vexillum dedit, & eo iubente iam Carolus a duobus Cardinalibus Legatis Romae coronatus fuerat in Apuliae, & Siciliae Regem una cum uxore, ut ſuperius adnotavimus. *Mecatt.*

ADmodum Reverendus Pater D. Octavius Rustici Ven. Congregationis Casinensis Philosophiae, & Sacrae Theologiae Professor, attente perlegat Librum hunc, cui titulus *Deliciae Eruditorum, seu veterum, &c.* & videat si quid contineat, quod bonis moribus, & Christianae Fidei adversetur, ac referat.

Dat. Id. Iuliis 1739.

Iulius del Riccio Vic. Gen.

LIbrum, cui titulus *Deliciae Eruditorum, &c.* ut mihi est demandatum, attente perlegi. In eo quod Fidem, aut mores, laederet offendi nihil; plura vero utilia aeque, atque iucunda passim inveni: dignum itaque censeo, qui typis mandetur, in quorum fidem, &c.

Ex Abbatia Florentina Kal. Iuliis 1739.

D. Octavius Rustici Mon. Casinensis in eadem Abbatia Philosoph. & S. Theolog. Lector.

Attenta supradicta relatione imprimatur.

Iulius del Riccio Vic. Gen.

ADmodum Reverendus Pater Theologus Thomas Maria Griselli Censor huius Sanctae Inquisitionis videat, & referat.

Ex AEdibus S. Officii Florentiae Idib. Iuliis 1739.

Fr. Franciscus Antonius Benoffi Min. Conv. Vic. Gen. S. Off. Florentiae.

IVssu Reverendiss. Patris Pauli Antonii Ambrogii Generalis Inquisitoris attente perlegi Librum, qui inscribitur *Deliciae Eruditorum*, *&c.* ipsumque dignum censeo, qui publica luce donetur.

Datum Florentiae in Collegio D. Marci Ordinis Praedicatorum X. Kalend. Augusti 1739.

Fr. Thomas M. Griselli in suprad. Collegio Sac. Theolog. Lector, & Censor pro S. Inquis.

Attenta supradicta relatione imprimatur.

Fr. Franciscus Antonius Benoffi Min. Conv. Vic. Gen. S. Off. Florentiae.

Carolus Ginori pro Reg. Cels. vidit.



